Dissertatio Juridica
INAUGURALIS
DE
PRIVATI COMMODI STUDIO,
Vom
Eigen=Nutz/

QUAM
DIVINI NUMINIS GRATIA,
DECERNENTE MAGNIFICO ET AMPLISSIMO JURIS-CONSULTORUM ORDINE IN CELEBERRIMA HAC ACADEMIA,
Sub PRÆSIDIO
Viri Nobilissimi, Amplissimi & Consultissimi

DN. HENRICI BODINI,
JCti. ac Professoris Decretalium Ordinarii, celeberrimi, Facultatis Juridicæ p.t. DECANI
Patroni ac Promotoris sui ætatem devenerandi

Pro LICENTIA,
SUMMOS IN JURE HONORES ET PRIVILEGIA DOCTORALIA PROPEDIEM CONSEQUENDI
Publicæ Dominorum Professorum aliorumque Literatorum disquisitioni submittit

JOHANN ULRICH STIEBER/ Brunsv.
IN AUDITORIO MAJORI.
Ad diem 10. Aug. hor ant. & pomer.

RINTHELII, Typis Godofredi Caspari Wächter/ An. 1688.

Serenissimis ac Celsissimis Principibus ac Dominis,

DNO. RUDOLPH-AUGUSTO,

&

DNO. ANTHON ULDARICO,

Ducibus Brunsvicensibus & Luneburgensibus.

Fratribus Germanis,

Patribus Patriæ

Dominis & Principibus suis Clementissimis.

Hoc studiorum suorum specimen cum subjectissima devotione, ac humillima sui consecratione

Dat, Dicat, & offert

eorum subjectissimus cliens

Johann Ulrich Stieber.


 



I. N. D. N. J. C.

Datâ mihi nuper à Magnifico JCtorum Collegio pro gradu disputandi licentiâ, deliberavi diu, quamnam disputationis, præter alias, inauguralis locô, elaborarem materiam, cum viderem, quod aliud argumentum commendaret utilitas, aliud raritas, & aliud aliâ ratione & prærogativâ anteiret cætera, præ cæteris tamen placuit in præsentiarum de Quorundum privati commodi studiô, germanicè vom Eigennutz/ *hanc materiam in chartam conjicere, atque loco inauguralis disputationis publicæ placidaque disquisitioni submittere, firmâ spe fretus, si non satis apta atque accurata sint omnia, me facilè impetraturum esse veniam. Interim verò protestor quàm solennissimè, meam mentem non esse, viros conspicuos, honestos, atque probos, qui sobriâ & moderatâ acquisitione (utpote quæ cum conservatione rei familiaris commendatur, nec authoritatem & dignitatem illorum virorum imminuere valet) per legitimos modos suum patrimonium conservant, quos maximè veneror atque suspicio, hisce meis pagellis perstringere, sed tantùm sermonem meum esse de illis, qui sordidâ atque vetitâ acquisitione per illegitimos modos dies noctesque suum patrimonium (more humani ingenii, quod, quò plura habet, eò majora*

A cupe-

cupere solet) augere student, & in omnibus actionibus commodum suum respiciunt tantùm privatum, cùm tamen, alteri si quid detrahamus & nostrum augeamus commodum cum alterius incommodô, magis sit contra naturam, quàm ipsa mors, dolor & paupertas. Primò enim tollit convictum humanum & societatem communem. Nam si ita simus affecti, ut propter suum quisque emolumentum violet aut spoliet alterum, disrumpi necesse est humani generis societatem, teste Cicer. in offic. lib. 3. *Nullus itaque, nisi qui peccat, hæc mea verba sinistrè interpretabitur. Priusquam verò telam ipsam exordiar, DEum T. O. M (in cujus nomine ad omnia consilia, omnesque actus semper progrediendum est* l. 2. C. de offic. præt. afric.) *supplex veneror, ne suâ ope, quâ res etiam penitus desperatas præstare potest.* l. 1. §. 2. C. de veter. jur. enucl. *hosce meos conatus secundet, & finem optatum præstet.*

§. I.



Rivati commodi studium, licèt non semper vituperabile, tamen ex ipsius rei abusu frequentiori factum, quòd de nimio atque injusto studio, communi usu loquendi, accipi soleat, in quo significatu describi potest, quod sit *neglectus salutis publicæ atquè proximi; è contrario verò inordinatus amor sui ipsius & rei privatæ.*

I I.

Ubi dicitur *primò*, quod sit *neglectus salutis publicæ atque*

atque proximi, ut hoc ſtudium privati commodi, de quo noſter ſermo, diſtinguatur ab utilitate publicâ, ſeu commodô publicô, quod privatis commodis anteferendum *l. 43. ff. de relig. & ſumt. fun. l. 9. §. 5. ff. de public. & vectig. l. 3. C. de primipil. Carpz. p. 2. c. 34. d. 23. n. 6.* & tanti æſtimandum, ut quivis ſubditus illud potius promovere, quàm lucrum quærere debeat. *Gail. 2. obſ. 56. n. 1. & ſeqq. Carpz. p. 2. c. 33. d. 16. n. 4. Mev. p. 3. def. 204.* Cujus etiam gratiâ à regulis juris aliquando receditur, multaque permittuntur, quæ aliàs ſunt interdicta atque prohibita. *l. 51. verſ. multa. ff. ad l. Aquil. c. Abbate. 3. §. ult. de ſent. & re jud. in 6to. Gail. d. l. n. 4. Carpz. p. 2. conſt. 4. def. 12. n 7.* Nam quod multis prodeſt, honeſtius eſt, quam quod uni commodum adfert, *l. 1. §. hac autem. 14. C. de caduc. toll. l. 65. §. 5. ff. pro Soc. l. 21. ff. commun. div. Hering. de fidejuſ. c. 5. n 162.* Id quod etiam veteres Romani probè obſervarunt, de quibus Valerius Max. *lib. 4. cap. 4.* ita ſcribit: *Vnusquisque rem patriæ, non ſuam, augere properabat, pauperque in divite, quàm dives in paupere imperio verſari malebat.* Item *in pr. lib. 4.* ita: *Verecundia juſtiſſimis viris præcepit, ut privatas facultates negligerent, & publicas quàm amplisſimas eſſe cuperent.* Quod etiam fecit Imperator Auguſtus *teſte Dion. lib. 56.* Fabius. *Liv. lib. 4. dec. 3.* Æmilius Paulus. *vid. Valer. M. lib. 5. c. 9.* Cato Senior. *vid. Minut. lib. 5. apophт.* Qui omnes & alii (quorum exempla vid. apud *Valer. Max. lib. 4. cap. 4. Philip. lib. 2. Chron. Zvvinger. in theatr. vol. 8. Camer. 71. medit. 32. Griph. in œcon. legal. lib. 1. c. 1. n. 112. & ſeqq.*) curam reipubl. privatis opibus præpoſuerunt.

III.

Dicitur *secundò*, quod sit *è contrario inordinatus amor sui ipsius & rei privatæ.* Quibus verbis denotatur, quod nimius appetitus, ad avaritiam & alia vitia inclinans, sit in vitio. 1. *Tim. 6. v. 9. & 10.* atque nimia habendi cupiditas, studiique privati commodi excessus sit prohibitus. *c. 2. dist. 4. L. ult. C de off. rect. prov. L. 6. §. 3. ff. de offic. proconf. L. 23. C. de testam. verb. absurdum namque est. Nov. 8. c. 1.* dum nonnulli homines nil, nisi spe commodi agendum atque suscipiendum putant, & per varias circumventiones lucrandi causâ res quaslibet inhonestè congregare decertant, & per fas & nefas acquirere student, *c. nonne 3. dist. 37.* & in contractibus negotiisque civilibus alios circumveniunt, ac in omnibus suis actionibus commodum respiciunt privatum, qui nec Deo nec hominibus prosunt, sed directò communioni civili adversari solent. Nam si quid norunt homines nonnulli, inquit *Guevarra, in arg. l. 1. horol.* ad nihil aliud prodest, quàm ut callidius lucrum faciant, ut proximum defraudent, ut rapta tueantur, ut novum aliquod facinus excogitent. Postremò si quid sciunt, non emendare vitam, sed augere opes sciunt. *vid. Grsph. d. tr. lib. 1. c. 14. n. 41.* Cùm tamen, ubi in Republicâ talis avaritia atque ingens habendi cupiditas dominatur, inibi luxus, dolus, fraudes, inimicitiæ, contemtus Dei, legum & Magistratuum nascantur. *vid. Besold. cons. pol. c. 11. n. 15.* & omnia mala ex ministrorum rei privatæ augendæ studiô in Reipublicæ damnum ac perniciem nasci soleant. *vid. Saavedra symb. pol. 53.* Imò infamis avaritia, & dominandi libido, per quas privatum commodum publico præfer-


tur

tur, sunt quasi matrices malorum cunctorum, per quæ non solùm Regnorum eversiones, omnisque civilis disciplinæ turbationes proveniunt, sed & tota judicii & justitiæ majestas collabitur, fides probitasque evertitur, ac pro his perfidia, fraus, dolus, impietas, crudelitasq; introducitur, ex quibus pestibus etiam factum est, ut Hispani in novo orbe sibimet ipsis dissentirent, Regique suo renunciarent. *vid. Honor. Philopon. de navigat. & in nov. orb. p. 89. in. f.* Unde etiam supra vestibulum Curiæ Brunsvicensis, aliàs des Hagen-Rahthauses / hæc verba literis aureis insculpta leguntur: *Principium discordiæ est commune suum facere.* Et Goslariæ in domo Syndicatûs prope januam sequentes rythmi inveniuntur adscripti:
O Eigennutz und Laster-Leben / Dir sind die meisten Leut ergeben /
Du Feind aller Gerechtigkeit / Wie tobstu doch zu dieser Zeit /
Drum weil es so ein Ubel ist / Hüth' sich davor ein jeder Christ.
Et rectè sequentia Autor quidam, aliàs Froschmeußler dictus *lib. 2 p. 1. c. 4.* protulit:

Eigennutz verderbt alle Recht; Allen Raht / Gesellschafft und Geschlecht.
Eigennutz / Kirch / Stadt und Regiment / Daheim verwirrt. bey Frömden schändt.

I V.

Minimè verò prohibetur moderatus acquirendi appetitus, utpote qui est naturalis atque innoxius, dum amor proprii cujuslibet est à naturâ *teste Arist. 2. pol. 5.* & prudentis tùm viri, tum mulieris est, sic agere, ut non tantùm parta serventur, sed etiam alia quàmplurima honesto labore accedant & acquirantur. Unde etiã Deus ipse laudat servos, qui commissa sibi talenta negotiando auxerant *Luc. 19.* Et Paulus *2. Corinth. 12. v. 14*, parentibus ne-

cessitatem imponit thesaurizare filiis *c. prædicator.64. q. 1. C. XVI.* Quod etiam juri civili convenit *L.15. pr. ff. de inoff. test. L.50. §. 2. ff. de bon. libert.* Quâ de causâ etiam Invictissimi nostri Imperatores vocantur, Allezeit mehrer des Reichs / à primo Augusto Cæsare, qui gloriari solitus, se Romam lateritiam accepisse, marmoream verò relinquere, *teste Suet. c. 28.*

V.

Neque prohibetur parsimonia, quam definit Seneca *lib. 2. de benef. c. 34. scientiam vitandi sumtus supervacuos, & re familiari moderatè utendi.* Quam virtutem Lacones ex Institutis Lycurgi præ cæteris Græcis magni fecisse testatur Plutarchus *in Lacon. Manut. in Apophth.* Et magnopere etiam in priscis Romanis, Catone Seniore, M. Curtio, Volusio, Plinio, Julio Cæsare, aliisque Principibus commendatur *vid. Griphiand. d. tr. lib. 2. c. 2. n. 78.* Tantas enim vires habet frugalitas præprimis, ut multis impendiis & erogationibus sufficiat, nec ullum copiosius, vel honestius est medium ex omnibus lucris & reditibus, quàm parsimonia, *Later. lib. 3. c. 6. n. 17. Scripio Amurat. lib. 3. discurs. 8.* qui illam etiam appellat *optimam hominis medicinam, & bonæ valetudinis matrem, inimicam luxuriosis epulis. Valer. Max. lib. 2. c. 5. in fin.* Unde etiam inter modos acquirendi patrimonii in jure nostro numeratur *l. 39. ff. de pecul. l. 2. pr. C. de Episc. & Cler.* Quippe ex quâ solâ sæpè parantur opes atque divitiæ. *l. 18. ff. de ædil. edict.* Siquidem illæ crescunt, ubi comparcuntur, *teste Salom: prov. 13. v. 11.* Quod etiam expressit Lucretius *lib. 5.* hisce versic.

Quid

Quod si quis verâ vitam ratione gubernet,
Divitiæ grandes homini sunt vivere parcè
Æquo animo, neque enim est unquam penuria parvi;

Quo facit etiam proverbium: *Optimum vectigal est parsimonia: Later. lib. 1. de cens. n. 9.* Item wer den Heller nicht achtet / der bekomt den Thaler nicht. Item Bonus Servatius facit bonum Bonifacium, & bonus condus est bonus promus. Germanicè, wer da spahrt wann er hat / der findet / wann ers bedarff: dann der erspahrte Pfenning ist redlicher alß der Erwerbende: Quod proverbium Dno. Luthero tribuit Zinckgrev. in apopht. Imò non tantùm justior est nummus iste, sed & certior, quàm adhuc acquirendus, cùm inter os & offam multa accidere possint. Valde itaque peccant, qui patrimonium suum vel segnius administrant, vel lautius consumunt, quousque pecunia ferè consumta, & scriniô inani inspectô, sibi inposterum parcendum esse serò intelligunt, cùm tamen potius perpendere deberent vulgatum illud:

Adde parum parvo, parvo superadde pusillum:
Sæpius hoc faciens magnum cumulabis acervum.

V I.

Tale verò privati commodi studium, de quo diximus, interdum in omnibus tribus Statibus, nimirum Ecclesiastico, Politico, & Domestico, deprehenditur exerceri. Quod enim ad primum Statum attinet, proprii commodi studium inter alios elucet in Papâ seu Pontifice (ita dicto à ponte sublicio, quem, quod Sacer æstimaretur, in aliquâ parte labantem, solis Pontificibus reficere licebat, cæsâ victimâ, & sacrificio perfecto *Vam.*

ad

ad §. 8. Inst. de rer. div.) dum ex lupanariis Romæ facit acquæstum, qui dicitur vulgò Milchgeld. *vid. Gl. in c. 3. X. de decim. Later. lib. 3. de cens. 17. n. 120.* exemplo Heliogabali *de quo vid. Sueton. c. 40.* Quod meritò improbat Covarruv. *in c. peccat. §. 2. Treutl. 2. dis. 16. th. 3.* Unde etiam Alphonsus Rex Siciliæ, meretricum vectigal sustulit, *Griph. in œcon. legal. lib. 1. c. 36. n. 132.* Dum quælibet etiam peccata pro certâ pecuniæ summâ (cujus quantitas videri potest in *tract. quôdam, de taxâ Cancellariæ Apostolicæ inscriptô*) remittit, & ita varias indulgentiarum nundinationes exercet, quas tamen ipsi pontificii scriptores improbant. *vid. F. Gvicciard. Histor. Ital. lib. 13. ferè circa fin. & Petr. Svavis Histor. Concil. Trident. lib.* 1.

VII.

Hunc Papam seqvuntur Jesuitæ, Monachi, (de quibus scribit Ferrar. *in pract. tit. 4. Gl. 20. n. 48.* quod conscientiam in caputio portent, quô abjectô & illam abjiciant, *vid. Griph. in d. tr. lib. 1. c. 9. n. 71.*) cæterique Pastores, dum filios divitum ad vitam monasticam alliciunt, quò dotem accipiant amplam, & postmodum hæreditatem opulentam; Dum purgatorium tantùm ad incutiendum fidelibus hominibus, præprimis verò divitibus, terrorem fingunt, ut largiores ampliores que ab ipsis pensiones & eleemosynas emulgeant. Dum etiam, siquis decedat, statim adsunt, rogitantes, an superstites cognati corpus demortui stragulâ honestiori contectum ad sepulturam velint deferri, an verò sordiori vel mediocri? an crucem elegantem, an verò minus pulchram velint anteferri? Nam prout elegerint, pretium erit dandum.

dum. *Naurath. in tract. de Ratiocin. p. 151. Sleid. lib. 9. comment. de Stat. relig. p. 247.* Dum denique omnia peccata magnorum floccipendent, & sub nomine recreationis & hilaritatis excusant, & sic proprium commodum & emolumentum saluti auditorum & ovium præferunt, ut tantùm evehantur illi pastores. Cùm tamen tales dicantur muti canes *Esaiæ* 56. *v.* 10. & accepturi sint præmium in Gehennâ. *Ezech.* 33. *v.* 8. Quorum etiam quidam sunt lupi rapaces, plus bursam quàm animam, plus arcam quàm aram, plus nummum quàm summum considerantes, tantæque avaritiæ atque cupiditati dediti, ut citius aliquot nummos pro mutuo ab amico emendicent, & super indigentiâ conqueri non erubescant, quàm aliquid de summâ in certo culeo signato depromere audeant, in quos congruit vetus adagium, quòd sint inexplebile dolium, **Ein Faß ohne Boden/ und deren weite Ermeln nicht zu füllen.** Unde etiam interdum à statuis demortuorum farinam exigere solent, nec sepulturam denegare verecundantur, donec cognati superstites, licet paupertimi, consvetum accidens pro sepulturâ solverint, de quô Bertrand. *vol.* 4. *cons.* 174. *n.* 1. sequens recenset exemplum, quod Alphonsus, Arragonum Rex, pastorem quendam pagi per biduum in foveâ ad lumbos usque terrâ circumfusâ detinuerit, quod cujusdam viduæ maritum sine pretii numeratione sepelire noluerit. Verùm audiant, quid Propheta Ezechiel c. 34. *v.* 8. de his scribit, cujus verba hæc sunt, *Pastores audite verbum domini: vivo ego, dicit dominus Deus, quia pro eô, quod facti sunt greges mei in*

rapinam, & oves meæ in devorationem omnium bestiarum agri, eò quòd non esset pastor (neque enim quæsiverunt pastores mei gregem meum: Sed pascebant semet ipsos, & greges meos non pascebant) &c. Et Jeremias *c.* 23. *vers.* 1. *Væ pastoribus qui disperdunt & dilacerant gregem pascuæ meæ: Vos dispersistis, gregem meum, & ejecistis eos. Ecce, ego visitabo super vos malitiam studiorum vestrorum, ait Dominus.*

IIX.

Præceptores etiam Scholarum nonnunquàm suos discipulos multis accidentibus onerare solent. Quidam enim reperiuntur, qui, licèt sufficienti salariô dotati, minimè tamen ob πλεονεξίας vitium eô contenti sunt, sed adhuc nova accidentia introducere, veteraque augere non erubescunt, *Fritsch. in tract. de vitiis moderatorum cap.* 15. Inter alia namque exigunt Martensgeld/ Liechter/ Fleisch- und Würste zur Schlacht-Zeit/ Besen-Holtz-Jahrmarck-Geld/ Wochentlich Einhitz-Geld/ Neu-Jahrs-Verehrung/ Anbindung ꝛc. uti hosce & alios quamplurimos modos graviter reprehendit Mengeringius *in Scrutin. consc. cap.* 11. *quæst.* 76. cujus verba sunt sequentia. Præceptores fragen sich/ ob sie in ihren Schulen auff ihre Knaben und Discipel ohngewöhnliche Collecten und Geldsteur gelegt/ und ihnen unter diesen oder jenen Schein ein oder die ander Geldsamlung angemuhtet? Alß/ da etzliche Besem-Geld Wochentlich den Knaben absodern/ da ein jeder Knab muß die Woch 3. Pf. bringen. So gar will das Contribution-Wesen heut zu Tage gemein werden/ daß auch die Herren Scholares solcherley Besen- und Backel-Contribution dürffen anstellen? Oder da die Primani müssen in einer Schüssel Geld legen/ den Herrn Rector anzubinden/ und auff seinen Nahmens-Tag zu verehren und zu beschencken. Item, wer ein gut Hospitium suchet/ der muß erstlich dem Herrn Rectori 1. Thlr. auff den

Daw-

Daumen binden / und will ein Lex und Statutum bey manchen Schulen in der Weld werden / da es doch ein freywilliges Werck seyn solte/ꝛc. Notum quidem est Scholasticum laborem inter maximos numerari, inde tamen nulla Præceptoribus conceditur licentia, tam avarè & pro lubitu à discipulis suis hôc modô quicquam exigere, cum pii & bonæ indolis discipuli benè sciant, Præceptoribus suis pro tàm arduô labore honorarium aliquod exsolvendum esse, quod etiam sæpissimè ultrò offerunt. Ex tali verô gratuitâ oblatione nulla lex facienda, nec contributionis methodus exinde instituenda venit, quâ nimirum accidentia meliorantur & augentur, tales namque præceptores jure meritoque nummophili dici possunt.

IX.

Denique maximum sapit proprium commodum, quod Provisores nonnulli templorum hodiè tàm immensam summam pro loco sepulturæ exigere soleant, ut vix aliquem pro 100. Imper. emere queas, cùm tamen *teste Martino Naurath. in tract. de Ratiocinariis pag.* 150. illi, qui sepulturas mortuorum nimis carè vendunt, Simoniam quasi committant. Imò tales Provisores Hebrone barbaro videntur iniquiores, agrum Abrahamo pro uxoris corpore sepeliendo offerente gratuitò *Gen.* 23. *v.* 10. Quod tamen non ita intellectum volo, ac si planè nihil erogandum sit pro sepulchrô, prout de jure canonico cautum. *c. abolendæ.* 13. *X. de Sepult. c. in Ecclesiastico*, 14. *q.* 2. *c.* *XIII. c. non satis*, 8. *X. de Simon.* Siquidem consvetudinem, ut aliquid pro sepulturâ solvatur, non improbo, sed potiùs approbo, cùm ad Ecclesiæ sustentationem, & cœmeteriorum conservationem adhibeatur. *Carpz. in jurispr. Eccles. lib.* 1. *t.* 1. *d.* 10. *& lib.* 2. *t.* 24. *def.* 391. *Martin. Bonacin.*

 theol

theol. mor. v. 2. tract. de contract. D. 3. q. 21. punct. 4. sed excessus & modus injustus maximè est reprehendendus.

X.

Quod secundum statum attinet, nempe Politicum, in illô etiam, proh dolor, quàm sæpissimè reperiuntur, qui proprio suo commodo inhiant, atque incumbunt. Ut verò initium faciamus ab Aulicis, multi illorum in eo commodum quærunt proprium, si mulctam quandam pecuniariam ad fiscum deferendam, vel feudum aliquod Cameræ apertum à Principibus emendicent, vel potius importunis precibus & querelis extorqueant, quæ tamen omnia melius ad sublevationem subditorum Cameræ Principis adscribi deberent. Multorum etiam, rerum summam affectantium, cura est, ut Principes à rebus publicis avertant, illisque varias voluptates pro Regiminis tædiô objiciant, quò ipsi rerum omnium arbitri esse, sibique opes acquirere possint. *Peller. in polit. sceler. c.* 28. Quibus tamen Imperator Ferdinand. I. rectè obviam ivit. Cùm enim ille à suis Proceribus admoneretur, ut paululum à laboribus abstineret, laudatissimè respondit: Imò, ut laborem, in hoc Cæsareo soliô positus sum à Deo, non ut otio indulgeam. Et beneficium insigne à Deo accepi, quod labores amem, iisque delecter. *vid. Vernulej. de virt. Aug. gent. lib. 2. c. 1. & c. 7.* Sunt etiam nonnulli tanti elati animi & maximæ arrogantiæ & insolentiæ dediti, ut neminem præ se ferre possint. Unde aliorum promotioni aut felicitati obstaculum præbent, ne quid gratiæ, authoritatis, aut lucri privati decedat. Hinc fortunam aliorum ægris oculis introspiciunt, aliorumquè gloriam verbis obscu-

rant, apud Principem de iis sinistrè loquuntur, eosque suspectos reddunt; ingeniorum dotes, vitam, ac mores per calumnias accusant, & ex muscâ levique corporis vel animi defectu Elephantum faciunt, de quibus Fritsch. *intr. de peccat. ministr. concl. 35.* ita: Es ist nicht außzusprechen, wie gewaltig heimlicher Haß und Neid an grosser Herren Höff dominiren/ wann man diesen oder jenen grossen Hansen gleichsam nicht anbetet/ und um Befoderung zu Fuß fället/ sein Ansehen und Gewalt herauß streichet/ oder mit annehmlichen Præsenten vor Ihm erscheinet/ so ist kein Gehör/ und wird mancher ehrlicher Mann an seiner Promotion dadurch verhindert; fragt der Fürst einen solchen Diener/ was Ihm von dieser oder jener Persohn/ die um gnädigste Befoderung zu einem geistlichen oder weltlichen Amt supplicirt, düncket/ so ziehet er entweder die Achsel/ und wil mit der Sprach nicht recht herauß/ oder er weiß die bereits genugsahme Qualitäten des Supplicanten wieder besser wissen und Gewissen zu verkleinern/ da fehlet es hier und da an der Capacitet; an der Erfahrung/ ꝛc. Er aber weiß so bald dagegen andere subjecta die seine Creaturen/ Vettern/ Schwäger/ etc. seyn/ zu dem vacirenden Dienst vorzuschlagen/ und sie auffs beste zu recommendiren/ da es sich doch am ende befindet/ wie der HERR hinter das Liecht geführet worden/ etc. Hactenus ille. Interim tales ministri rarò ad extremum usque vitæ spiritum gratiâ Principis ipsi fruuntur, de quibus Naurath *de ratiocin. p. 113.* ita: Solche Leute/ die ihre eigene grosse Macht und Bereichung/ eigene Ehre und Eitelkeit bey Hoff für den Zweck ihrer Dienste halten/ andere drücken und unter halten/ pflegen endlich gar insolent und unleidentlich zu werden/ sich verlauffen/ und wann sie einst einmahl einen Stoß bekommen/ müssen sie über Halß und Kopff herunter/ und ein ende mit Schrecken nehmen/ wie solcher Geist- und Weltliche Historien voll sind/ etc. Multi itidem gratiæ aulicæ & muneris publici obtinendi, aut cujuslibet

temporalis commodi gratiâ religionem ſimulant, qui tamen graviter in Deum peccant. *vid. Fritſch. d. tr. concluſ.* 41. §. 3. Et illorum exitus multoties tragicus, dum loco honoris vel commodi optati graviſſimas calamitates ſentire coguntur *Fritſch. de peccat. aul. concluſ.* 1. Sunt etiam qui ſummos atque infimos, divites ac pauperes vanâ ſpe lactant, variisque pollicitationibus liberales ſe omnibus exhibent, *Fritſch. d. tr. concluſ.* 46. §. 1. **Machen allen Leuthen den Leib voll Hoffnung / damit ſie ſich dem Prieſter deſto ehender danckbarlich erzeigen /** & tandem pro complere & implere promiſſa ſunt complimentes, **Sie ſagen nicht anders denn Ja und Nein. Ja** in promittendo, **Nein** in non ſervando, haud memores, quod divus Paulus *Ephes.* 4. *v.* 25. ſcribit: & Oſiander ad illum locum: *Ne ſitis in ſermone leves, vani, vafri, ſubdoli, inconſtantes, ſed candidè agatis. Qui enim aliud loquuntur, & aliud corde fovent, DEO ſunt abominabiles.* Hinc etiam monet Eccleſiaſticus, ne temerè & præcipitanter multa promittamus, quæ poſtea re ipsâ præſtare aut nolimus, aut non poſſimus. Alii plura officia ad ſe rapiunt, quàm quibus adminiſtrandis rectè ſunt pares, quò pingvius accipiant ſalarium. Sicuti autem hoc publico maximè pernicioſum eſt, ita etiam à Romanis improbatum, apud quos nemo plus, quàm unius ordinis, militiæ vel cinguli nomen affectare potuit, qui ſecus fecit pœnâ 10. librarum auri mulctatus fuit, nec quicquam ex eô fructûs conſecutus eſt. *l. 5. l. f. C. qui milit. poſſ.* Eôdem jure quis prohibetur Advocati & Aſſeſſoris munere ſimul fungi. *l. ult. C. de aſſeſſ.* Item ne quis duobus Magiſtratibus eôdem tempore adſideat *d. l. ult. §. 1. C. de Aſſeſſ.*

Asseſſ. Nonnulli munus publicum per ambitum, datis ſc. vel promiſſis pecuniis, aut per matrimonium cum miniſtri alicujus filiâ, ſorore, vel cognatâ &c. acquirunt, quibus tamen non Dei gloria, nec ſalus reip. ſed proprium commodum cordi eſt. Et licèt hic modus hodiè videatur uſitatus, tamen legitimus eſſe nequit, cum dignitas & honor non propter largitiones, ſed virtutes detur, & matrimonii cauſa & finis diverſus ſit à fine muneris publici. Unde etiam, ſi id, quod Impp. Theodoſius, Arcadius & Valent. *in l. ult. C. de Stat. & imag.* ſvaſerunt, obſervaretur, officia publica talibus maximè indignis, confuſam ſaltem ſcientiam habentibus, non conferrentur, nec viri digniſſimi & benè meriti, qui in angulo quaſi latitare coguntur, poſtponerentur, de quâ morum perverſitate jam ſuô tempore conqueſtus eſt Diederic. *in comment. ad Eccleſiaſt. Salom. concl. 10. verb.* Es geſchiehet heutiges Tages öffters das Geldhrte/ Verſtändige ſitzen bleiben/ hingegen Ungeldhrte/ unverſtändige grobe Püffel und Narren die nichts gelernet noch wiſſen und verſtehen/ und alſo weder zu ſchmeltzen noch zu ſaltzen/weder zu ſieden noch zu bratten dienlich/durch Gnad und Gunſt denenſelben vorgezogen werden/ ꝛc. *vid. Fritſch. d. tr. concl. 2. in fin.* Denique reperiuntur quidam Principum Conſiliarii, ſibi potius, quàm reipublicæ ſervientes *Fritſch. concluſ.* 1. §. 11. qui novas collectas imponi, atque ita ruſticos ad ſanguinem & ſuccum usque callidis Machiavelli artibus excuti ſvadent, tantùmmodò, ut augeatur ærarium, & ex eo conſulentes gratiâ Principis diutius fruantur, &, ſi nobiles ſint, & ruſticos etiam ſubditos habeant, eôdem modô procedere poſſint erga ſuos, licet ad incitas redacti, tandem ſtipem petere

cogan-

cogantur, quorum rusticorum querelam in rythmis sequentibus notavit *Naurath. de Ratiocin. p. 578.*

Der Edelman spricht ich bin frey;
Der Jud' treibt seine Wucherey.
Der Soldat spricht ich gebe nichts;
Der Bettelman spricht ich habe nichts/
Da spricht der Baur das muß GOTT walten;
Muß ich dann diese All' erhalten/
So geb ich mich gedultig drein;
Und wollens so zu Frieden seyn.

In quos inventores invehitur post *Adamum Keller lib. 12. de offic. jurisd. c. 7. Parthen. litig. lib. 1. c. 6. n. 28.* Et de iis emphaticè etiam scribit Christoff von Miltitz in seinem discurs von der Kunst reich zu werden. Sequenti modo. Gleich wie nach Meinung der Medicorum, wenn die Miltz im Menschlichen Cörpēr viel zu nimt/ der Mensch pflegt abzunehmen/ also/ wenn ein Herren-Diener sich sehr bereichert/ so pfleget gemeiniglich der Bürger und Baur die Schwindsucht zu bekommen. Es erdencket mancher Weltman Griff/ dem Ansehen nach/ seinem Herrn dem er dienet zum Be[illegible] allein es trifft die armen Unterthanen/ da werden ersonnen allerhand Schatzungen/ Scheffel-Schatz/ Vieh-Schatz/ Hufs-Schatz/ Mühlen-Schatz/ Dienst-Geld/ Contribution, Ac[illegible], Schutz-Geld/ Bier-Steur/ Wege-Geld/ quibus addit *Naurath. in d. tr. de ratiocin. p. 175. & 176.* Boden-Zinß/ Kuts[illegible]-Zinß/ Wein-Geld/ Frucht-Geld/ Berg-Geld/ Forst-Geld/ Mast-Geld/ Last-Geld/ Subsidien/ Erben-Zinß/ Pflug-[illegible] Trieffe-Geld/ Bauholtz-Fuhr/ Freulein-Steuer/ [illegible] Geld/ Schutz-Geld/ Cammer-Geld/ Papier-Geld/ Rei[illegible]-Geld/ Wilkom-Schatz/ Bett-Schatz/ Küchen-Schatz/ Tafel-Schatz/ Hencker-Geld/ Heerd-Geld/ etc. und wird den Fürsten so leicht vorgebracht/ alß wann alles ohn einige Beschwerung [illegible] Unterthanen auffgebracht werden könte/ etc. H[illegible] ad alia [illegible] scripsit D. Selneccerus *in Comment. ad Psalter David p. 486.* W[illegible]

W[illegible]

itziger Zeit /spricht Er/ unsere Hoff-Bediente dahin sähen/ wie Sie ihrer Herrn Hertzen zur Liebe der Unterthanen und zu Erhörung armer Leute lencken und bewegen möchten / das wehre ein Lob/ etc. Nam si cogitarent illud Philostrati *lib. 5. de vita Apollonii*, atrum, sordidumque esse aurum, quod ex lacrymis oritur: Vel infamiam metuerent, quæ id genus hominum comitatur, sicut Antonius Leva propter furnos subditis ademtos, furnarii titulum meruit. *Gryph. in œcon. leg. lib. 1. cap. 22. n. 49.* Vel saltem pœnam, quæ Parisiensem Præfectum, propter tributum ex mercibus inventum in cloacâ, in quam totius fori sordes confluebant, se sepeliri disponentem, justissimè insecuta est *Lateran. de censib. lib. 3. c. 24. n. 117.* longè aliter res instituerent, nec homines iniquis exactionibus torquerent, sed potius illos tuerentur & foverent *Christoph. Besold. class. 1. disp. pol. 11. th. 74.*

X I.

Neque hoc proprii commodi studium milites, qui non minori curâ atque labore cum maximô Reipubl. incommodô id quęrunt, minimè latet. Quid enim Dux legionarius & cęteri officiarii bellici ex vestium alioq; militari apparatu, vulgô Mundirung/ non lucrantur, plus alterô tantô pro eô exigentes, & adhuc menstruatim de cujusvis gregarii militis stipendio ad sumtus legionis, zu Regiments Unkosten/ quid retinentes, cùm tamen vix quartam partem impendant: Quid non lucrentur ex matrimoniis militum, dùm acceptâ ab illis, eorumve desponsatis pauperibus quandoque ancillis certâ pecuniæ summâ, anxio labore inter gemitus serviles quæsitâ, talia contrahere permittunt, minimè considerando, quan-


C tum

tum exinde damnum Reipubl. accidere possit; hôc enim modô milites non solum subditis onerosi sed etiã ob defectum panis, des Comiß-Brodts/ quàm sæpissimè esurire, ac in castris cum suis mendicare coguntur, licèt officiarii non modò lautè ac splendide vivant, sed etiam auro atque argento crumenam suam satis impleant, quod tamen turpissimum. *Fritsch. de mil. pecc. concl. 18.* Quid non aliô modô ex stipendiis militum acquirunt, dum ea non justo tempore, vel pro decimestri stipendio, trimestre exsolvunt, vel etiam majorem, quàm habent numerum, Principi falsò persvadent, quod vulgò vocant. Vacanten/ Blinde. Imò etiam sæpissimè opificiorum socios, Handwercks-Gesellen/ aliosque nomen suum militiæ dare improbis attentatis cogentes, magnâ pecunię summâ acceptâ, vel tribus, quatuor, aut certâ ratione pluribus in eorum locum substitutis, antequàm in numerum, in die Roll/ redigantur, iterum lucri causâ dimittunt, daß sie das Werb-Geld und andere Geschenck in den Beutel stecken. Quid denique non acquirunt ex hybernis, vigiliis pœnalibus, Straf-Wachten/ Serviß/ demortuorum militum iniquissimis successionibus, imo & deprædationibus, quibus quotidie inhærent, gregariis suis ob participationem tales impunè permittentes,. Quod Gloriosissimus beatæ mem. Rex Sueciæ Gustavus Adolphus anno 1632. ante prælium Noricum suis Ducibus quàm maximè exprobravit, hisce verbis. Ihr Generalen, Obristen/ Obrist-Lieutenant/ und andere Officierer durcheinander / ich habe euch vor rechtschaffene Officierer gehalten/ und gebe euch Zeugnüß/ daß ihr bey vergangener Occasion und Fechten Euch also erwiesen/ daß ich mit Euch zufrieden gewesen: Aber wenn ich euch

itzo ansehe und bedencke eur stehlen/ rauben und plündern/ und daß ihr mit den gemeinen Soldaten unter der Deck lieget und participiret/ keine disciplin und Justitiam haltet/ so stehen mir alle meine Haar zu Berg; Ist das nicht GOTT zu erbarmen/ Daß ein Christ/ ein Religions-Verwandter/ ein Freund / ein Schwager/ ja wol ein Bruder dem andern nicht mehr treu und lieb/ alß die Christen thun/ einander beweisen/ etc. Bedencket ihr nicht was die posterität und Historien/ euch vor Lob geben werden? Wie dieses geraubte und gestolne Gut euren Kindern gedeyen? Was vor schwer Gewissen ihr auff euch laden werdet? Wie schwere Straffen GOttes ihr auff Euch/ eure Nachkommen und das Land ziehet? Und was vor Rechenschafft am jüngsten Gericht ihr davon geben müsset? Ich wolte lieber in meinem Königreich der Säu hüten/ alß solchen Unwesen länger zu sehen/ den ich GOTTES Zorn und Rach auff mich bringen würde/ etc. uti hæc verba refert autor Theatri Europæi. *Tom. 2. p. 540. & seq.* & Bogisl. Philip. von Kemnitz in seiner Beschreibung Schwedisch geführten Kriegs Ersten Theil. p. 404. notabiliter addit: daß alßbald darauff dem König etzlich gemauseter Vieh vor einer Corporals Hütte gewiesen/ Er denselben auß sondetbahren Eifer gegen die Justitz bey den Haaren gefast/ und dem Profoß zur Straff/ mit diesen Worten geben: Harr/ komm her mein Sohn/ es ist besser ich straffe dich/ alß das GOTT nicht allein dich/ sondern auch mich und die gantze Armee straffe um deiner Unthat willen: Hoc sanè exemplum pium, justum, & imitandum: Quod utinam omnes Duces militares & milites ad animum revocarent, tunc tantæ quærelæ de rapinis, depopulationibus & deprædationibus non audirentur. Egregiè etiam hanc in rem scripsit Petrus Regemorterus *in sermonibus pol. expressis Leovardiæ.* 1609. dicens: *Cogitandum est, dum privato magis, quàm publico bono milites sibi jam opes pollicentur*

C 2 *facil-*

facillimè hâc viâ disciplinam omnem militarem tolli, Remque publicam miserè concuti posse. Ab hoc enim fonte, spretô omni honore, omnis licentia oritur, omnis injustitia, perfidia, crudelitas, deinde clandestina quoque cum hostibus colloquia & proditiones aut domestica seditiones. Quin sæpè & accidit, ut stipendia militibus debita in luxum aleamque Duces insumant, quâ ratione magis Ducibus suis quàm hostibus gregarii infesti fiunt. Diligenter igitur Ducum cupiditates inhibebit bonus Princeps, à quibus, etsi longè dissimilis est militum gregariorum rapacitas, tamen, cùm æquè perniciosa sit, non minori curâ reprimi debet. Optandum quoque esset, omnium militantium animo & cordi insculptum esse aureum illud dictum Cæsaris Aureliani ad suum vicarium: *Si vis tribunus esse, imò si vis vivere, manus militum contine. Nemo pullum alienum rapiat, ovem nemo contingat, uvam nullus auferat, segetem nemo conterat, oleum, sal, lignum nemo exigat. Annonâ suâ contentus sit, de prædâ hostis, non de lacrymis provincialibus habeat. vid. Flav. Vopisc. in Aurel. cap. 7. tom. 1. hist. p.* 417. Milites enim quos dira rapiendi cupiditas transversos abripit, in amicos ferè asperi, in hostem lenti sunt, ita ut, quando manu opus, veluti prædones hostilia potiùs, quàm hostem quærant, non ad pugnam, sed ad prædam emissi. Unde fit, ut, dùm libentiùs hostem capere, quàm cædere volunt, non solùm ordines turbentur, sed plures uni prædæ aut viro inhient, quem abreptum turmatim veluti desertores tunc abducunt. Et hæc omnia ex eô fonte promanant, quòd & in delectu militum, bey der Werbung/ magis turpis lucri & destinati numeri implendi, quàm pietatis & justitiæ habeatur ratio, de quò,

exte-

cæterisque exinde ortis insolentiis militum Casp. Klock. *in tr. de contrib. in proëmio* in hæc erumpit verba: *Bellum si dixeris, omnia mala dixeris; Quæso te, cogita, per quos geritur, per homicidas, per incestuosos, per adulteros, per stupratores, decoctores, ganeones, aleatores, & sordidissimos conductitios milites, quos eo produxit, non patria charitas, non æquitas causa, non religionis studium, non amor exercendæ virtutis, sed ebrietatis, aleæ, rapinarum, concussionum, violentiarum, stuprorum, & (ut uno verbô absolvam) scelerum & flagitiorum omnium impunitas atque licentia. Hi Marti & Morti nati, & sanguine & lacrymis hactenus nutriti, potiusque animi impetu, quàm judiciô ducti, in bellô sunt optimi, qui, cum quod ante suô faciebant periculô, heic mercede faciunt & cum laude. Cum hujusmodi turbâ nullo delectu collectâ, & potiùs face perditorum hominum, Duces bella auspicantur; ut non tàm militum conventus, quàm Bachanalia, nostra castra videri possint; ubi luxuris, corruptelis, libidine, impietate, crapulâ, tumultu, rixis atq; cædibus strepunt & permiscentur omnia. Hæc hominum colluvies in agros, in urbes recipienda, ut bellum geras. Denique his serviendum, dùm alium ulcisci volumus. Ne jam commemorem, quot facinora belli prætextu committantur, dùm inter arma silent leges bonæ: quot rapinæ, quot Sacrilegia, quot raptus, quot alia dedecora, quæ pudet etiam nominare &c.* Et paulò post: *Fas omne divinum humanumque indignis modis rumpitur ac violatur, evertitur, commercia inhibentur, Provinciæ injustis exactionibus exinaniuntur, prædæ aurique & argenti milliones in peregrinas Regiones exportantur, Civitates in deditionem acceptæ nefariis cædibus penè ad internetionem delentur, patria eripitur miseris, ubique exules, ex-*

 tor-

torres, profugi: Lacrymæ, querelæ, gemitus cùm terris amplius non capiantur, cælo jam recipiuntur, ac sensim, & quasi sine sensu viam victoriis parant &c. Et cùm hi milites nulli alii quàm opibus aliorum inhiare, assveti sint, hinc pro pecuniâ & patriam prodere piaculum sibi haud ducunt, ut rectè Oraculum dixerit: *Argenteis hastis qui pugnat, omnia superat:* Nihil enim est quod pecuniâ non capiatur, nihilque tàm sanctum, quod non abjuretur. Re verâ igitur auri studium, tanquam omnium virtutum vis quædam corruptrix, multorum animos à bonô honestôque ad prava omnia abripit, magisq; nihil in bellô, quamvis speciosiori virtutis telô tectum, perniciosum existit.

X I I.

Non minori etiam curâ Judices acquirere satagunt lucrum injustum atque turpe, dum causas ob sportulas nonnunquam protrahunt, & interlocutorias ita formant, ut ex unâ lite fiant plures, quod tamen Prætor fieri noluit. *L. 4. §. 3. de Re Jud. c. 5. X. caus. poss. & propriet.* Quâ de causâ laudari videmus Servium Sulpitium JCtum à Cicerone, quod lites, quantum potuit, abbreviaverit, *vid. Schönborn in pol. lib. 3, cap. 7.* Dum porro in judicio litigantes subditos sub umbrâ officii turpiter emungunt, & taxam prius positam multis modis extendunt. Unde Fritsch. *in d. tr. de peccat. ministr. concl. 28,* multoties optavit, *taxam* in profundo pelagi sepultam jacere, præsertim cum justitia gratis ideò administrari debeat, quod subditi propterea tributa solvant, ut ipsis jus diceretur, iique à læsione, injuriis & iniquitatibus aliorum, tàm in judicio quàm extra judicium, defenderentur. De quô etiam Manzius *in centur. decis. Palatin. quæst. 76.* ..

scri-

scripsit: *Remora, si Phisiologis credimus, stupenda naturæ animal est, pisciculus nempe parvus, qui cursum onusti navigii sistit, & magnas machinas remoratur, unde etiam nomen habet, ut Remora dicatur: Aequè horrendum, æquè stupendum brutum est* TAXA, *merces videlicet, seu sportula, solvi solita pro extrahendis mandatis, decretis, sententiis, protocollis & copiis, quæ cursum justitiæ sæpissimè sistit.* Præterea etiam reperiuntur pravi quidam judices, qui se largitionibus corrumpi patiuntur, quibus perditur Reipublicæ salus, libertati & incolumitati Reipublicæ struuntur insidiæ, adulterantur judicia, corrumpuntur aut protrahuntur pauperum, viduarum & orphanorum causæ & querelæ: In summâ, latenti quâdam ἐνεργείᾳ munera etiam trahunt invitos, & nescientes, mentemque à rectô tramite discedere cogunt *Deut.* 17. *v.* 19. *Sirac.* 20. *v.* 31. Unde commune dicterium, wer schmiert/ der fährt. Quod tamen judicum corruptionis vitium non tantùm Lex. 12. tabb. sub pœnâ capitis prohibuit, *Gell. lib.* 20. *noct. att.* sed etiam Imperator Zeno *in l. un. C. de monop.* severè puniri jussit hisce verbis: *Officio tua sedis* 50. *libr. auri condemnatione mulctando, si in prohibitis monopoliis & interdictis corporum actionibus commissas fortè (si hoc evenerit) saluberrimæ nostræ dispositionis condemnationes, VENALITATE interdum, aut dissimulatione vel quolibet vitiô minus fuerit exsecutum.* Ubi VENALITATE, inquit Imperator, hoc est, vitio δωροφαγίας. Et Impp. *Gratian. Valent. & Theodos. in l.* 1. *C. publ. latit. vel conf. nunciat. lib.* 12. *tit. ult.* statuerunt, judices debere esse sollicitos, ne turpi colludio quæratur ex miseriis pretium gaudiorum. Quam legem Jctus Fritsch. *de monop. cap.* 10. *n.* 12.

justif;


justissimam esse exclamat, ex animo optans, ut haberemus tales *νομοφύλακας*, qui talia sane ita salubertima exsequerentur. Cum quô non tantùm Jus Canonicum consentit, quô non licet ne justum quidem judicium vendere. *c. non sane.* 15. *q.* 5. *c. XIV.* ubi furtum vocatur id, pro quô justitia venditur: sed etiam Jus Divinum *Exod.* 23. *v.* 8. *Prov.* 17. *v.* 23. *Boer. decis.* 153. *Later. l.* 2. *de cens.* 6. *n.* 11. *Arnis.* 1. *pol.* 16. Siquidem judices sint justitiæ sacerdotes *l.* 1. *de l. & l.* viri pii, prudentes, constantes, veraces & morum hominum ac Reipublicæ illius loci periti, secundùm laudabile consilium, quod sacerdos Jethro Moysi genero suo dedit *Exod.* 18. *v* 21. Siehe dich um unter allem Volcke nach redlichen Leuten/die Gott fürchten/warhafftig/und dem Geitz feind sind/die setze über sie/rc. non impii, callidi, inconstantes, avari, qui sunt similes cato, qui ponitur ad custodiendum caseum, ne mures illum radant, verùm si catus semel apponat dentes, plus nocebit unô morsu, quàm mures in viginti. *vid. Parthen. Litig. lib.* 1. *c.* 12. *n.* 15. Cùm munera excœcent oculos sapientum, & justum pervertunt judicium, *l.* 13. *§.* 8. *C. de judic. c. quatuor.* 78. *q.* 3. *c. XI.* & nummorum acceptio sit veritatis prævaricatio. *c. qui recte* 66. *q.* 3. *c. XI.* Fieri enim nequit, quin, quò die judicis divitiæ domi crescere cæperint, eôdem die justitia minui incipiat, sicuti ait *Gvev. lib.* 3. *c.* 6. Et hoc non tantùm obtinet, si munus in malâ causâ, accipiatur, quod maledictum vocat Esaias *c.* 5. *v.* 23. *& Prov. IX. v.* 27. Sed etiam, si in bonâ causâ dum justè pro temporali lucro judicat. Unde scriptura beatum pronunciat illum, qui muneribus abstinet *Psal.* 15. *Esai.* 33. *v.* 15. Exem-

plo

plo Moysis. *Num.* 16. *v.* 15. Samuelis 1. *Sam* 12. *v.* 3. *Syrach.* 46. *v.* 22. *vid. Parthen. litig. lib.* 1. *c.* 11. *n.* 14. Et licet esculenta & poculenta quidam pro corruptione haberi nolint, & propterea sine corruptionis timore posse accipi statuant. *vid. Menoch.* 2. *arbitr. jud. quæst. c.* 341. *n.* 36. *Specul. tit. de Salario §.* 1. *n.* 5. veluti, anseres, lepores, cuniculos, perdices, phasanos &c. *Damboud. in prax. rer. civ. c.* 250 *n.* 11. *Magon, in Cynos. cap.* 24. *n.* 8. quia scilicet animus Rectoris pro minimis non flecteretur, neque lex offenderetur, puta pro parvo caseo, vel pro duabus situlis malvatici vini, sicuti dixit Baldus *in l.* 18. *de offic. præsid.* Verùm cum ratio sit generalis, quod munera, etiam qualiacunque, excœcent oculos sapientum, ideoque ab his abstinendum esse cum JCto *Paris de Puteo in verb. esculenta* statuo, quia plerumque non charitatis amore, sed corruptionis ergo dantur *Griph. lib.* 1. *c.* 16. *n.* 306. Quâ de causâ etiam per L. Juliam repetundarum omnia munera prohibita sunt *Trentl.* 2. *disp.* 22. *th.* 9. *in pr.* siquidem Magistratus illis debet esse contentus, quæ de publico solvuntur *Nov.* 17. *c.* 1. *&* 5. §2. *Nov.* 24. *c.* 2. *Nov.* 80. *c.* 6.

XIII.

Advocatorum quidem officium ideò inventum, ut lites quàm celerrimè dirimantur, amicitia inter homines conservetur, litigaturis succurratur, qui suum tueri, & causam dicere ignorant *Menoch. de arbitr. jud. quæst. lib.* 2. *cas.* 369. Verùm, ut ille finis obtineatur, non sufficit *primò* in illis eruditio, quantumvis solida atque præclara, sed jubentur simul esse orthodoxi *l.* 15. *C. de Episc. aud. ibique Brunnem. Carpz. lib.* 3. *tit.* 1. *resp.* 5. *n.* 8. *Deinde* non de-

bent de industriâ prorogare litem *L. 9. §. 2. de offic. procons. l. 6. § 4. C. de postul. ibique Brunnem.* *Tertiò*, quàmvis mercedem honestè accipiant, tamen oblatô honorariô debent esse contenti, siquidem turpi lucrô hæc possessio non est æstimanda, *d. l. 6. §. 3.* Non tamen statim illi advocati, qui pro modicâ mercede patrocinantur, sunt viles & contemtibiles, *ut putat Vivius decis. 123. n. 1. vid. Brunnem. ad d. l. 6. n. 10.* Nec *quartò* suorum commodorum gratiâ plures causas suscipiant, quàm quas possunt expedire *Berlich. p. 1. conclus. 9. n. 36.* *Quintò* verbositatem verborum, & productorum prolixitatem propter inhiationem turpis lucri evitent. *Carpz. p. 1. c. 1. d. 19. n. 1.* *Sextò* causam omnino injustam non suscipiant, *l. 14. §. 1. de Jud. Struv. ex. 7. th. 5.* Siquidem fieri nequit quin peccent, dum malum bonum, & justum injustum vel contra dicant. *Esai. 5. v. 20. c. si quis 11. q. 3.* Quod adeò verum, ut etiam deserere debeant in progressu causam malam, quam in principio bonam crediderant *d. l. 14. §. 1.* etiamsi juramento promiserint, se ad finem litis usque operam præstituros *arg. c. 66. de R. I. in 6. c. 28. de jurej.* cùm juramentum non sit vinculum iniquitatis *Scotan. disp. 17. th. 9.* Interim verò reperiuntur impii quidam causidici, contra hæc omnia facientes, qui tamen non dici debent juris Doctores, sed legum dolores *Zas. in l. 2. de O. I.* non JCti, sed juris tumultus *Later. lib. 2. de cens. 7. n. 52.* non sacerdotes, sed mangones Justitiæ *Knich. in comm. jur. sax. p. 11.* utpote qui causas pessimas facie honestatis induunt *Gloss. in L. quod si nolint. ff. de adil. edict.* Quorum manus oculatæ sunt, credunt, quod vident. *Godof. ad L. 15. C. de procur. lit. L.* Quidam enim illo-

rum

rum litibus, tanquam quatuor elementis, conservantur, & nutriuntur, ut facetè loquitur Zasius, *in l. 2. §. post hæc. ff. de O. I.* dum illas protrahunt atque alunt, dilationes quærunt, causasque differunt, ut litigantibus plus, quàm totum aufferant, & sic lucrum corradant, clientibus persvadentes, tot verba, tantum laborem, tantamque industriam negotium requirere *Carpz. p. 1. c. 1. d. 7. n. 6.* Ex quo major est expensarum sumtus, quam sententiæ fructus, nec terminantur negotia pauperum cæpta, quousque eorum marsupia sint evacuata, *ut loquitur Innocent. lib. 6. de util. cond. human. Sigismund. Scacc. de judic. lib. 1. c. 50. n. 33. Parthen. litig. lib. 2. c. 7. n. 30.* Quod certè peccatum haud leve involvit, atque in agone mortis conscientiæ morsum causat, cujus exemplum allegat Magon. *de advoc. c. 10. n. 21. & c. 47. n. 5.* ubi advocatus moribundus nihil aliud clamavit, quàm dilationes, dilationes, appello, appello: *Gripb. in œcon. leg. lib. 1. c. 16. n. 404.* Nonnulli plures causas recipientes, quibus tamen patrocinando sunt insufficientes, proprium commodum quærunt, *vid. Denais tit. 234. §. 3.* siquidem nimia multitudo semper est suspecta *Gl. in c. significarunt. X. de testib.* & præstat pauca rectè dicere atque facete, quàm multa inutilia. *l. 2. §. 15. C. de vet. jur. enucl.* Quidam etiam prohibitam advocationem suscipiunt, *l. 1. §. 6. ff. de post.* & scienter malæ causæ patrocinantur. *Umm. disp. 2. n. 49.* Qui tamen cum dedecore audire debent, quod turpis lis turpiorem habeat advocatum *Specul. de advocat. §. ult. Parthen. litig. lib. 1. c. 9. n. 2.* Alii modum in exigendo honorario excedunt, siquidem illud (1.) non tàm ex mole, quàm industriâ autoris æstimandum *Denais tit. 244. §. 2.*

nam

nam ſane magna differentia inter exercitatos advocatos & tyrones. *l.* 7. *C. de postul.* (2.) Illius proportio ad ſummam cauſæ controverſæ fieri debet, ſiquidem cauſa Principatum concernens meritò fructuoſior eſſe debet advocato, quàm ſi ſuper ruſtici alicujus vaccâ concepta, & ſemper lautius ſalarium exigitur à divite, quàm à paupere cliente. *l.* 13. *§.* 9. *de judic.* Unde cuidam advocato 1100. flor. ſunt adjudicati *teſt. Guid. Pap. deciſ.* 190. Et Calcanus *in conſ.* 81. *col.* 1. gloriatur, ſe pro conſilio in cauſâ arduâ 30000. ducat. concernente; lucratum eſſe 1000. ducat. Nonnulli tamen Advocati dictô ſuprà modô vitiô πλεονεξίας laborant, quod fieri ſolet, ſi ſciant, quod clientes ſint opibus præditi, wann ſie wiſſen / daß die Clienten Speck in der Taſchen haben *Carpzov. in proc. jur. tit.* 24. *art.* 4. *n.* 20. Præcipuè verò in proceſſu criminali immoderata honoraria a captivis extorquere ſolent, ut marſupium impleant *Id. in prax. crim. p.* 3. *q.* 115. *n.* 94. Alii aliô modo turpe lucrum ſibi comparant, dum clientibus ſuis ſcribunt, ſe tot ac tantis impenſis pro ſententiâ obtinendâ habere opus, quod, licèt eum infelici ſucceſſu, exercuit quidam advocatus Cam. Spirens. prout ex ſententia ſequenti patet, quæ publicata d. 26. Auguſt. 1677. In Extrajudicial-Sachen des Käyſerl. Fiſcalis Amtshalber / Klägern / contra D. C. W. D. Beklagten / iſt erkandt / das Beklagter wegen ſeiner dieſem höchſtem Gericht verkleinerlich / und zum ſchimpfflichen Nachdencken gereichenden / auff verſchiedene von Ihm wieder ſeine Pflicht lauffende begangene Facta in ſich haltenden / an ſeine Correſpondenten hin und wieder abgelaſſenen Schreiben (welche vor der Audientz-Stuben durch den Pedellen offentlich ſollen zerriſſen werden) 14. Tägige Turn-Straf außzuſtehen / auch gebührende Recantation und Wiederruff aller darinn enthaltenen

tenen Ehrenrühriger an Zügligkeiten zu thun/ wie auch/wegen deren den Litigirenden Partheyen zur Ungebühr abgepreßten Gelder 10. Marck-Silber in der armen Seckel (jedoch denenselben ihre deshalben wieder Ihn competirende Action vorbehalten) innerhalb 8. Tagen ohn nachlässig zubezahlen schuldig. So dann von seinem bey hiesigem Käyserl. Cammer-Ger. bißhero gehabten Officio Advocati & Procuratoris zu removiren und zu entsetzen sey / auch sich alles advocirens und sollicitirens bey hiesigem höchsten Gericht/ imgleichen des Ohrts/wo solches gehalten wird/enteusern soll/alß wir Ihn hiemit schuldig erkennen/removiren und entsetzen/wie auch Ihn in die deshalben aufflauffene Kosten/dem Kläger nach rechtlicher Ermessigung zu entrichten/condemniren und verdamen. Dum porro paciscuntur cum clientibus de quotâ litis, i. e. de certa vel quota parte litis, sive summæ aut rei in judicium deductæ, quæ tamen pactio in jure prohibita, *l. 53. C. de pact. l. litem. C. de procur. vid. Habn. ad WVesenb. tit. de pact. n. 6.* adeò, ut ne quidem juramentô confirmari possit. *Magon. c. 8. n. 32. Treutl. 1. disp. 6. th. 7. lit. c.* Imò in Cam. Imper. per decretum commune d. 7. April. 1608. improbata, ne advocati lucri cupiditate illecti omnia moliantur, justa vel injusta, ut litem vincant *Spekhan. clas. 4. q. 45. n. 5. Magon. d. c. 8. n. 38. Lauterbach. in disp. de palm. advocat. c. 3.* Et qui ita paciscitur, deprædator & latro appellatur *Navarr. in manual. c. 25. n. 50. v. 7. Fritsch. de peccat. advoc. concl. 37. n. 2.* Quamvis ratione palmarii vel victoriæ pactum aut conventio facta valeat. *l. 1. §. 5. vers. litis ff. de extraord. cognit. l. 6. §. præterea. C. de postul. Gail. 1. obs. 4. n. 1. & seqq.* Sicuti responsum meminit *Carpz. p. 1. c. 1. d. 24. n. 4.* Et in arduis etiam caussis advocati & procuratores ut plurimum cum clientulis de certô

salarió convenire solent, *Specul. lib.* 1. *p.* 4. *tit. de salar. n.* 1. *&* 3. *Carpz. lib.* 3. *resp. tit.* 1. *resp.* 1. *n.* 16. Unde oritur disceptatio, num Advocato, qui pactus est in casu victoriæ, debeatur promissum salarium, si cliens transegerit? Quod affirmant post Gloss. & Barthol. *in l.* 1. *§. divus. ff. de var. & extraord. cogn.* Gvid. Pap. *quæst.* 102. *in fin.* Vincent & Franch. *decis.* 265. *per. text. in l. ult, ubi Gl. ff. mandat.* Nam cùm per advocatum non steterit, quò minus causam in judicio obtinuerit, iniqvum sane foret, denegare ei promissum salarium. *l.* 1. §. *divus. ff. de var. & extraord. cogn.* Quamvis aliter distinguat Speculat. *in tr. de transact. q.* 30. an sc. cliens transegerit infraudem, an verò bonô consiliô: ita ut priori saltem casu in totum teneatur: at casu posteriori, quia res erat dubia, duntaxat pro rata servitii, consideratâ facundiâ advocati, nisi factum aliter se habeat. Denique ob immoderatum commodum alienas lites modicô aliquô pretiô acquirunt, & sibi cedi curant: Quem per coëmtionem chyrographorum vel instrumentorum obligationis bonis moribus contrarium atque odiosissimum acquirendi modum pii atq; Christiani Advocati fugere debent. *Cujac. lib.* 8. *obs. c.* 3. *Menoch. lib.* 3. *præs.* 129. *n.* 2. utpote qui vel avaritiam, vel πλεονεξίαν, vel omnino usurariam pravitatem, vel debitores vexandi libidinem sapit. Certè experientiâ ipsâ docemur, *scribit Fritsch. d. tr. concl.* 38. *n.* 9. lucrum, quod ejusmodi illicitis coëmtionibus acquisitum, maledictum divinum continere. Omninò enim contra charitatem christianam peccat is, si illi, qui propter magnam inopiam cogitur nomina vendere, rationabile pretium dare nolit, cùm ipse tàm ingens lucrum inde reperiet.

tet.

tet. Quamplurimi lucrandi cupiditatem produnt in scriptis & attestatis, quæ sæpè adeò longâ verborum vatragine protrahuntur, dùm multa inutilia, communia, alotria, & similia longâ allegantur serie, sine ulla distinctione, utrum conveniant nec ne, ut à cliente, magnô & longô foliorum visô apparatu, maximum putante laborem, majus ob id exigant emolumentum, & scriptori majorem lucrandi præbeant caûsam. *Joh. Bapt. Magon. de rect. patr. rat. p. 2. c. 57. n. 8. Ruland. in tr. de commiss. p. 1. lib. 2. c. 20. n. 2. Gail. 1. obs. 95.* Quæ productorum prolixitas & allegatorum multitudo, cùm proveniat, uti dictum, ex inhiatione turpis lucri, vel aliquandò ex ostentatione, vel ex malitiosâ litis protelatione, ideò in Cam. Imper. prohibita, *vid. Roding in pand. Cam. lib. 3. tit. 29. §. 22.* Interim tamen quicquid horum à rabulis illis forensibus perpetratum, toti ordini advocatorum præjudicio esse nequit, siquidem omnes modi acquirendi habent sua vitia, artiq; non imputatur abusus artificum, sed potiùs usus habet laudem, crimen abusus habet: Hominum sunt ista, non artium vitia, *inquit Rudolph. Agric. lib. 2. c. 2.* De quibus vitiis Salvianus *lib. 3. de provid.* ita scribit: *Quid est aliud cunctorum negotiantium vita, quàm fraus atque perjurium? Quid aliud curialium, quàm iniquitas? quid aliud officialium, quam calumnia? quid aliud militantium, quàm rapina?*

X I V.

Medici quæstus gratiâ quandoque pactum ineunt cum ægrotis, quod tamen prohibitum *per l. 3. ff. de extraòrd. cogn.* cùm quandam sapiat extorsionem. *Laterr. lib. 3. de cens. 21. n. 74.* Quæ lex, licet tantùm lo-

quâ-

quatur in certô casu, generaliter tamẽ intelligenda Pinell. *ad l.2. p.2. cap.2. n.32. & 33. C. de rescind. vend. vid Zoes. tit. de pact. n.20.* Vilissima quoque remedia quàm sæpissimè pretiô maximô prolubitu divendunt, & cum Pharmacopœis quandoque colludunt, quod tamen non tantum est contra Christianæ Charitatis officium, sed etiam, peccant contra juramentũ in quibusdã locis consvetum daß sie mit den Apoteckern keinen heimlichen Verstand machen/oder mit ihnen colludiren/noch ihnen/die Leute zu übersetzen/Ursach geben wollen. *Fritsch. de peccat. med. concl.* 13. Vel variis modis patientes fallunt, tempusque curationum extrahunt, cùm tamen paucissimis diebus vel etiam horis morbus potuerit multoties expelli. Quos medicos Canibales dentibus dilaniant atque devorant, prout testatur *descriptio Navig. in nov. mund. Honoris. Philoponi. p. 54. vers. Canibales.* Vel famam aliorum medicorum per æmulationem, invidiam, aut ambitionem nonnunquàm calumniosè lacerant, mordent ac medicamenta præscripta carpunt, sugillant ac rident, quod iterum contra illorum juramentum directò currit, daß Sie keinen in seiner Cur Ihres Gewinstes oder Ehrgeitzes halber gefährlich infectiren/ und calumniiren/ noch um Gewins willen einen andern zum Nachtheil sich eindringen wollen/ *de quib. itid. Fritsch. d. concl.* 18. Denique perversè agunt medici philiatri, qui medicas manus insignium arcanorum & remediorum gazis refertas, pertinaciter clausas tenent, siquidem illos vel aurei luti sacra fames vexat, vel videri aut adorari Numinis instar volunt. Quâ de causâ longè aliter sensit medicus ille Islebiensis, D. Godof. Schulzius, dùm ita scribit: *Omnis arcanorum suppressio bis à ...*

idololatricâ nititur, qua dicitur φιλοδοξία *&* ψυχαγωγία *vid. Fritsch, d. l. concl. 21.*

X V.

Advocatos sequuntur Præfecti, qui millenariis itidem utuntur artibus lucrum captandi, Dominumq; suum defraudandi, eoque modô magnas corradunt divitias, ut vel Themistocle doctior indagare nequeat, quâ viâ, quibusve mediis ad ejusmodi pervenerint. Inter alia enim, si demandatum ipsis à Superiori, ut aliquid ædificari vel refici curent, tunc opificibus summam debitam hebdomadalem solvere non solent integram, cùm tamen ipsi in apochâ solutionem totam sibi esse factam fateri cogantur. *vid. de hoc Jacob.* Döpler / *JCtus & Consil. Princ. de* Eisenach *in tr.* der ungerechte Rechnungs Beamte *p. 3. c. 19. n. 84.* Vel cum iisdem opificibus paciscuntur, ut durante vel finitô opere quicquam, v. g. faber ferrarius seram validam & artificiosam cum requisitis ad claudendum, vel scriniarius spondam, mensam, vel ad minimum alcam &c. gratuitò conficiant, Döpler / *ibid. n. 119.* Porrò etiam, si collecta aut contributio omnibus ac singulis imponatur, tunc eximi solet vel tonsor, vel sartor, vel vietor, vel textor, tantummodò sub prætextu, quod sit officialis Præfecti, eum in finem, ut tantò vilius in posterum operam locet, de quarum collectarum exactione vid. all. Döpler / *p. 3. c. 19. n. 153.* ubi ita scribit: In Summa es kan keine Schatzung / keine Anlag / keine Contribution gemacht / angelegt und außgeschrieben werden / der ungerechte Eigennützige / Beamte / Schösser / Vogt oder Einnehmer / hat sein Interesse dabey / ja geneust solcher Aufflagen offt besser alß sein Herr / Er liefert was / und wie er wil / denn da ist niemand der ihm nachrechnet / das weiß


&c. Et licet collecta à Schulteris vel magistris, Bau-Meistern/ colligatur, atque in unâ summâ Præfectis numeretur, detrahunt nihilominus illi debitum collectarum, die Collectur-Gebühr/ quod tamen potius collectori deberetur. Döpler/ *ibid. n.* 155. Quàm sæpissimè verò quærunt proprium commodum tùm falsas rationes conficiendo, præsertim in extraordinariis solutionibus, quæ certam determinationem non habent, de quô vid. Döpler/ *all. l. n* 24. ubi ita dicit: Weil sie meinen die Herrschafft würde nicht dahinter kommen/ denn wer würde alle Leute fragen/ was sie gegeben hetten/ darum wagen sie es wacker drauff hin/ und unterschlagen auff allen seiten/ etc. absonderlich aber bey den steig- und fallenden Nutzungen / alß, Meister- und Lehr-ein und Abzügs / Schutz-hen- Straff und dergleichen Geldern / *vid. Ziegl. de jur. mulctand. c.* 12. *n.* 151. tùm aliis modis injustum lucrum captando, v. gr. si frumentum adhuc in sexagenis, Schock/ reperitur, aliquas sexagenas in supputando omittunt: si admensuratur, aliquos modios vel medimnos in admensurando omittunt: si propria bona in loco habent Præfecti, tunc subditos demulcent, ut gratis, Bittweise/ ab ipsorum equis ager proscindatur & præparetur, operæ præstentur & linum gratis seratur, &c. *Fritsch de peccat. ministr. concl.* 30 §. Ex quibus aliisque delictis quidam lucri privati cupidus Præfectus d. 7. May, 1683. sequenti modô fuit condemnatus. In inquisitions Sachen/ wider den bißherigen Amtman/ N. N. verschiedene Beschuldigung betreffend/ wird allein erwegenden Umständen nach/ vor recht erkandt/ daß ermeldter Amtman / was er an Gerichts-Sporteln übermässig eingenommen / an Cammer Intraden verschwiegen und genossen / an Schreib-Geld vom verpachteter Most zur ungebühr erhoben / das ohnrechtmässig exigirte Ein-

bringe

dings-und Stamm-Geld / über das ihm vermachte Quantum eigenmächtig angesetzten Habern / und auff mehr deputat Schwein / alß ihm vermacht/ genossene Mast / imgleichen die Accise / so dessen Schreiber unterschlagen / und was bey dem Städtlein G. an Accise zurück geblieben (gleichwol dieses nur zum 8ten theil) mit 1214. thlr. zuforderst zu erstatten und gut zu thun habe/ iedoch mit dem Vorbehalt/ würde Er daß seine Antecessores in Officio berührtes Stamm-Geld auff masse in quanto, wie von ihm geschehen / ordinariè genossen/ binnen den nechsten 5. Wochen/ reichlich darthun und erweisen/ daß Er so dann von obgesetzter Summ 299. Thlr. innen behalten möge. Solchem nechst wegen der specificirten Unrichtigkeiten/ negligentz und ohnverantwortlicher Excessen, auch ohn befügter eigenmächtiger Beschwerung der Unterthanen und dem Hoff-Raht N. N. alß gewesenem Commissario, Schrifft- und Mündlich zugefügter unbegründeten Injurien in eine mulctam von 1500. Rthlr. respective ad pios usus und dem Fürstl. Fisco zu condemniren / auch von seinem bißherigen Officio removirt bleiben/ und über dem ermeldtem Hoff-Raht ein Christliche Abbit vor Gericht zu thun schuldig sey: Jnmassen Er hiemit zu solch-allen schuldig erkandt und condemniret/ Jhm auch zu præstirung dessen Terminus von 4. Wochen angesetzet wird. V. R. W.

X V I.

Quantam fraudulentiam & imposturam nonnunquàm Quæstores, Camerarii, cæterique Ministri, quibus redituum cura demandata, committant, proprium commodum exinde quærentes, omnibus propemodum notum est, dum pecuniam publicam in suos usus convertere solent, non quidem eâ intentione, ut subtrahere, sed ut futurô tempore in rationes redigere publicas, ac restituere velint. Pecunia namque publica, veluti res aliena, ac Ministrorum fidei concredita, ab illis non contre-

ctari, aut ad tempus, licèt etiam modicum, in utilitatem rei familiaris converti, sed, velut depositum quoddam, apud eos integra manere debet, quia tantùm sunt administratores pecuniæ in rem Domini, non ipsi Domini, & contra juramentum agunt, qui sibi persuadent, licere pecuniâ publicâ uti. *Vid. Fritsch. de peccat. ministr. concl. 30. §. 1.* Quorum hominum etiam Döpler in seinem ungetreuen Rechnungs-Beamten *p. 3. c. 19. n. 69. usque ad 78.* mentionem facit his verbis Sie (sc. die oben erwehnte Bediente) legen der Herrschafft Geld zu ihren eigenen Nutzen an/ handeln und wandeln damit/ strecken solches den Kauff- und Handels-Leuten gegen grosse Lage von einer Meß zur andern/ oder sonst ihren guten Freunden vor/ etc. Interdum etiam tributa & census in optimâ monetâ, sc. aureâ vel argenteâ, accipiunt, sed cum minutâ & deteriori suâ commutant, atque in cameram Principis inferunt. Quô casu utilitas, quæ ex monetâ sperabatur, Domino aufertur, & in rem propriam illicitè convertitur. *vid. Fritsch. d. tr. concl. 30. n. 2.* Döpler *all. l.* ubi ita dicit, Sie wechseln die harte Müntz-Sorten/ an Ducaten/ Reichthalern/ Kopstücken und dergleichen/ so bey Einnehmung der Gefälle von denen Unterthanen geliefert worden/ auß/ und geben dagegen schlechte Müntz/ nur daß sie bey deren anderweiten Verwechselung das Auff-Geld in ihren Beutel stecken können/ etc. Si verò pecuniam ad erogandam concreditam in proprios usus, nullâ intentione suô tempore reddendi, sive in solidum, sive pro parte, converterint, tunc tenentur L. Juliâ residuorum, *l. 2. l. 4. §. 3. ibique Gl. ad L. Jul. pecul. L. Sacrilegii. §. eum quoque cod.* Et licet nonnulli DD. inter quos est Clarus

lib. 5. §. ult. quaest. 68. n. 30. & Wesenb. ad L. Jul. pec. statuant, quod etiam peculatûs, sive furti publici, crimine perfidi & dolosi tales officiales & administratores teneantur, illud tamen intelligendum, si administratoribus pecunia ad custodiendam concredita, & non ad expendendam data. Illo casu L. Jul. pecul. Hoc casu L. Jul. residui obtinet. Hæc enim crimina inter se distinguenda. Depeculatores namque deportatione, de residuis autem damnati amplius tertiâ parte, quam debent, puniuntur. *Petr. Caball. resolut. crim. cent. 1. cas. 99. n. 30. Naurath. de rationar. p. 502. vers. & sic quod officiales. Kirchov. vol. 4. cons. 24. n. 16.* cum quibus & consentit JCtus Berlich. *part. 5. con. 57. n. 13.* Scribens: *ubi quis pecuniam publicam, Principis, Civitatis, non furatur, sed pecuniam, suo periculo & fidei commissam & concreditam, duntaxat retinet in totum, vel pro parte intercipit, & in propriam utilitatem vertit, tunc L. Jul. de residuis locum vindicare. Quamvis enim crimen hoc residuorum furti habeat rationem, non tamen reverâ furtum, & tale est, quod mortis pœnâ puniatur. Coler. dec. 207. Berlich d. l. n. 27. Haurath. d. tr. p. 506. & seq. Struv. ex. 47. th. 30.* Deinde redimunt obligationes pro minimô pretiô, summæque totius solutionem nihilominus postmodùm in rationibus suis ponunt, haud considerantes, quod summa remissa debitori cedat, non cessionario secund. *Anton. Perez. ad L. 17. C. Mandat. Cujac. lib. 16. obs. 16. Manz. in tr. ad L. Anastas. q. 8. n. 8. Mev. in discuss. lev. inop. debit. c. 7. n. 21. & 22.* quod jure novô Recessuum Imp. non correctum existimamus. Tertiò si salarium aliquod adsignatur exsolvendum, sive ministro togatæ, sive armatæ militiæ, rarò

 ascis-

accidit, ut Quæstores vel Camerii id exsolvant, antequàm manus donationibus fuerint adimpletæ. Vid. Döpler d.c. 19. n. 79. & 81. *Fritsch. d. tr. concl. 30. in fin.* Denique tales redituum & collectarum receptatores iis, qui reditus vel collectas exsolvunt, ob varias fraudulentas excusationes nullam dant quitantiam, eô fine, quò denuo postea tales exigere possint: vel si dent, tunc pro eâ certam pecuniæ summam retinent: Imò ab hominibus miseris præsertim rusticis, plus justo exigunt, & ne eorum fraus manifestetur generalem factæ solutionis dant apocham, de quibus omnibus vid. Dn. Joh. Wilh. Neumäyer von Romßla *in tr.* von Schatzungen und Steuer *cap. 2. §. 19.* qui accuratè tales deceptores descripsit. *Dn. Becher in* seinen Politischen *Discursen p. 4. n. 78. p. 901.*

XVII.

In Secretariis atque actuariis non minus reprehendendum privatum interesse, si pecunia judicialiter deposita ab his in proprios convertatur usus, siquidem inde evenit, si decreta exsolutio, ut varias quærant moras, intra quas depositum comparare iterum possint. Vid. Döpler *p. 3. c. 19. n. 68.* In quo casu contra septimum præceptum eos peccare nulli dubitamus. *vid. Alsted. Theol. catachet. p. 84.* Maximè verò improbandum proprium commodum, si horũ gratiâ confectio inventarii injungatur, quàmvis defunctus, ne divulgetur patrimonium, expresè hanc prohibuerit, nec tanta pecunia parata in hereditate multoties reperiatur, quâ pro confectione talis inventarii Secretariis satisfieri possit: Unde mobilia mediocriter taxata, sibique arridentia, accipiunt in solutum, cùm heredibus nil commodi arcescat *vid. Carpz. p. 3. c. 3.*

c. 33. *d.* 18. *n.* 7. Item si non minori cum damno acta judicialia, saltem ob commodum actuarii, describenda à judice mandentur, quæ tamen sub uno territorii Domino manent, & tam judex primæ, quàm secundæ instantiæ ab uno dependent domino. Longè itaque salubrius esset, si acta originalia domino judici appellationis clausa mitterentur, & finitâ causâ remitterentur. Sic etiam sapit proprium commodum, quando magister nunciorum, der Botten-Meister / acta transmittenda ultra tempus apud se reservat, atque pecuniam ad transmittendum oblatam consumit, vel aliàs in proprios usus convertit, prout Gvelpherbyti ab aliquo anno 1685. factum, qui tamen se fugâ salvavit. In summâ apud amanuenses, pedellos, sive viatores, executores nihil quis efficiet nisi plumbea eorum corda aureo vel argenteo malleo vanitatis & cupiditatis incude emolliat, *vid. Parthen. litig.* 1. *cap.* 36. *Gryph. lib.* 1. *cap.* 16. *n.* 433.

XIIX.

Magistri postarum, Expeditores dicasteriales & Tabularii dolô nihil agant, sed cunctis æqualiter serviant, sine fucô puri, vitæque integri *vid. Ludovic.* von *Horingk / in tr. de jur. post. c.* 15. *theorem.* 11. *lit. c.* Neque literarum taxin ultra cancellos æquitatis extendant; nec ut alii, qui eis subsunt, illud attentent, tolerent, sed undique æquam observent lancem *Horingk. d. c.* 15. *th.* 39. Verùm hodiè quidam illorum, postquam Præfecturam obtinuere, tanti nundinantur, quanti volunt, non quanti debent. *test. eod. c.* 10. *th.* 3. *p.* 107. Qui sunt similes Parthis, quibus nulla fides, nisi quantum expedit; & quibus utilitas semper fide fuit sanctior, *vid. Alexand.*

ab

ab Alexandr. lib. 5. c. 10. Reperiuntur enim, qui nullum attendunt præscriptum ordinem seu taxam, exigentes pro literis, quicquid placet: Qui literas sibi concreditas aperiunt aut desigillant. *Horingk. th. 28. c. 15.* quos gravi pœnâ plectendos esse censet Bartol. *in L. Titio ff. ad municip. Rom. conf. 365. in fin. Socin. conf. 122. n. 40. Imol. Abb. & Felin. in c. cum olim in fin. X. de off. & potest. judic. deleg.* cùm literas alienas aperientes mortaliter peccent, peccatum injustitiæ committentes, & jus gentium, quô legati violari prohibentur, violantes. *c. jus gent. dist. 1. argt. c. cum minister. 13. q. 5. c. XXIII.* Accedit, congruere ad utilitatem publicam literarum sigilla esse inviolata, cùm eô animo plerumque aperiantur, ut aliquid detrimenti amico adferatur. Imo perinde est, licet damnum non secutum, modo eo animo factum fuerit. *arg. c. si quis aperuerit. c. si bos. & cap. si egressus X. de injur.* Quod etiam probavit *Navarrius in c. si sacerdos, n. 14. de pœnit, dist. 6.* Sunt etiam, qui literas, aurum, argentum, gemmas, &c. continentes emungunt, qui propterea tenentur actione furti. Quamvis enim dolosè à domini possessione non abstulerint, attámen, dum illas res negant se accepisse, vel domino restituere recusant, furtum committunt *L. 7. C. de furt. ubi dicitur, quod is furtum committat, qui pecuniam,* Geld oder Geldes wehrt / *alteri offerendam in suos usus convertit. Horingk. d. tr. c. 14.* Quoties surreptio rerum transvehendarum accidat, testantur superfluè exempla, quam perpetrasse vel famuli, vel ancillæ, vel cursores, vel epistolophori postea dicuntur, imò vel latrociniis militum fe-

tocientium impiæ rabiei non nunquam imputatur. Denique, si quædam literæ vocabulo *Francò* sint notatæ, tunc multoties fit, ut vocabulum illud *Francò* adulteretur, vel totaliter obliteretur, mercesque semel adhuc exigatur, quod tamen, ubi fit, sunt maximè dolosi tales postarum magistri & propterea à Superiori valde reprimendi, *vid. Horingk. cap. 15. th. 23. lit. b.* qui propterea sibi & Reipublicæ malè consulit, dum præfecturam cursus publici privativè vendit, & potestatem quodlibet audendi præfecto, ceu olim Hebræi publicanis, relinquit. *vid.* Horingk/ *cap. 10. th. 3. p. 107.*

XIX.

Pharmacopolæ cupidine lucri injusti ducuntur, quando in præscriptis à Medico Receptis quædam ingredientia, ob illorum defectum, omittunt, aliaque, sive sint conducibilia sive non, substituunt, de quo Mengering. *in scrutin. conscient. cap. 21.* ita scribit: Apothecker versündigen sich mit Verfälschung der Specerum, mit Ubersatz unbilliger Verkauffung der simplicium, wann sie in die verschriebene Recepta nicht alle ingredientien nehmen/ mit hohen und unvernünfftigen Tax der verfertigten Medicamenten/ denn das ist der beste Schnitt in den Apothecken/ wann sie alte verlegne Wahren vor frisch Guht verkauffen. *Fritsch. de pec. cat. Medic. concl. 23.* Vel aromata & species fallant, de quo Gryph. *in œcon. legal. lib. 1. c. 22. n. 207.* ita scribit: *Pharmacopolæ fucant potiones, & viliores, veteres vel corruptas species pro bonis obtrudunt imperitis: Quandoque enim pro pipere muscerdam vendunt: maxime verò, si herbas noxias vendant, quibus malefici utuntur.* Quod jam olim apud Romanos fuit prohibitum, sc. ne pigmentarii, μυρεψοὶ, i. e. Pharmacopolæ. *vid. Godofr. ad l. 3. s.*

3. *ff. ad L. Corn. de Sicar. lit. R.* cuidam temere cicutam, ſalamandram, aconitum, pituocampas, aut bubroſtin, mandragoram, & id quod luſtramenti causâ, cantharidas, ſub pœnâ L. Corn. de Sicar. darent. *d. l. 3. §. ad l. Corn. de Sicar.* Neque excuſantur Pharmacopolæ, ſi vendant toxicum ſervis aut meretricibus, quô abutuntur *Farinacc. de Serv. q. 205.* Sed potius puniuntur pœnâ d. L. Corn. ſi ſcienter vendiderint, ut eô alter occideretur. *Menoch. lib. 2. de arbitr. jud. quæſt. caſ. 359.* Deniquè etiam male agunt, ſi ægrotis medicamenta præſcribunt, & medicis hoc modo alimoniam diminuunt, maximaque damna ſæpe ægrotantibus accerſunt. Quâ de causâ in Ducat. Würtenberg. omnes ab arte medicâ exercendâ prohibentur, qui eam non didicêre. Würt. Landes-Ordn. *tit. 51.* ſimiliterque in Ducat. Sax. Got. proviſum *vid.* Landes-Ordn. *tit. 6.* & in conſtitutione provinciali Bavarica *lib. 3. tit. 11. art. 5.* cautum, ne pharmacopæi praxin medicam exerceant, cujus verba hæc ſunt: Es ſollen die Apothecker für ſich ſelbſt/ und ohne Erlaubniß der Doctorum ſich nicht unterſtehen die Leute zu curiren/ ſelbſt Recepten zu ordnen / und das Amt eines Doctoris zu gebrauchen.

X X.

Chyrurgi commodo proprio ſtudent, cùm terminos ſuæ artis egrediantur, quod fit, ſi contra prohibitionem Magiſtratus ægrotis medicamenta præbeant atque applicent. Si crudeliter vulnerent, & imperitè ſecent, (non ſecus ac Arragathus medicus Romæ, qui propterea vulnerarius & carnifex dictus *vid. Gothofr. in l. 4. §. 2. ad l. Corn. de Sicariis lit. P.*) quo curatio-

nem

nem protrahere, & plus pro curâ petere possint, de quibus scribit admodum benè Mengering. *in scrutin. consc.* hisce verbis: Es nehmen die Balbierer oder Chyrurgen/offtmals einen Schaden an zu heilen/und gebens gut für/wie sie den zerbrochenen Arm oder Bein/oder die inflammirte Brust wieder ohne section oder Abschneidung zurechte bringen und heilen wollen/ohngeachtet daß die Röhren entzwey/die Beinlein und Scherben herauß fallen/ und also per resectionem muß curirt werden/ Sie aber heilen und heilen/ binden und verbinden/ biß Sie gar das Geld hinweg / und wenn der Schaden lang genug auffgehalten/ und der Patient gekräncket worden / so sprechen Sie sie konnen dabey nichts mehr thun/ man müsse darüber einen andern zu raht nehmen/ etc.

XXI.

Balneatores quod attinet, utplurimum scarificando, balneaque exercendo non sunt contenti, sed in perniciem Chyrurgorum, Barbitonsorum extra lavacrum, Badstuben/ barbas tondent, vulneraque sanant, & fracturarum, herniarum, &c. curationem assumunt, quamvis in specie non sint edocti, nec testimonia illius professionis acquisitæ proferre possint. Cùm verò per hoc Chyrurgis & Barbitonsoribus maximum damnum causetur, ideoque illud à Magistratu Brunsvic. per sentent. d. Veneris post Fest. S. Joh. Baptist. anno 1538. hisce verbis fuit inhibitum: Auf daß klagen/so die Barbierer aller Weichbilder/gegen Meister Jürgens Knecht/Carsten genant/und Henrich Sosate gethan/ und ihr vorgewandte Verantwortung/geben wir Raht der Stadt Braunschweig diesen Bescheid / daß wir den Barbierern der Weichbild/ des/ daß sie das Amt von uns gekaufft/geständig/das auch darinn Aderlassen/ Barbieren und Verbindung der frischen Wunden gehören / was aber Fisteln/ Frantzosen und Brüch belanget daß sie von Alters

einem jedem zu curiren/frey gewesen und noch seyn/und dieweil die Beklagten bekandt/ daß sie Ader gelassen haben/ so findt sie davor die Straff zu geben/ und sich des ferner/ auch frische Wunden zu verbinden/ und zu barbieren zu enthalten schuldig/ wann aber die so mit Frantzosen/ Fisteln und alten Brüchen beladen/ Aderlassens/ oder Barbierens bedürffen/ mag ihnen von denjenigen so sie zu curiren/ohne Straf wol mitgetheilet werden. Quæ sententia, cùm illi balneatores postmodum variis modis contravenerint, tàm à judice à quô, quàm à judicibus ad quos aliquoties iterum confirmata.

XXII.

Prætereundum etiam hoc loco non est, quod quidam ambitiosi & arrogantes homines reperiantur, qui præcedentiam injustissimè prætendunt, illisque, quibus salvô honore dimissio commissi officii denunciata, cedere nolunt, licèt antea quæstionem nullam ipsis moverint. Et cum de factò quid attentare nèqueant, hinc tales honestè dimissos à publicis congressibus variis excogitatis technis excludere solent. Verùm cum talis fastuosus conatus in punctò juris defendi nequeat, hinc nemo virorum prudentum reperietur, qui hoc factum sit approbaturus, siquidem factâ cujusdam officii dimissione dignitas ejus minimè tollitur, *test. Dn. Hahn. in Not. ad VVesenb. n. 5. ff. de decur. Richter. p. 1. dec. 4. n. 15. & Cons. 243. vol. 2. Reyger in thes. pract. locupletiss. verb. privilegium. n. 8. Barbos. in collect. Dd. ad jus Canon. tom. 5. dist. 5. c. 10. n. 1. Covarruv. var. resol. lib. 1. tom. 2. c. 10. n. 8.* Ubi dicit, quod Sacerdos, etiam solenniter degradatus, conficere tamen possit Eucharistiæ Sacramentum. *Gl. in c. 10. dist. 50. verb. Presbyterum.* Nec minus Senator, licet non amplius sit, inter Senatores referendus, & cum aliis venerandus

ac

& honorandus. *Nov. 62. Roman. cons. 497. in fin. Card. Tusch. concl. 101. n. 59. lit. E. Sicuti JCti Helmstad. Anno 1682. d. 27. Jul. consulti responderunt, quod sc. tales honestè dimissi in praecedentia sua possessione quocunque legitimò & decenti modò se conservare, nec vel à Principe vel à privato quodam illâ privari possent.*

X X I I I.

Tandem quantae deceptiones & acquisitiones injustae per ludum chartarum, vel tesserarum fiant, cuilibet notum est, siquidem quidam reperiuntur, (vulgo magistri ludentium, Ertz-Spieler/Doppler/ita dicti) qui nundinas die Jahr-Märckt und Messen eum in finem tantummodò frequentant, ut homines in ludendo variis artibus pecuniâ emungant & ditiores recedant. Norunt enim chartas ita miscere, ut quas desiderant, sibi attribuant, & quas alii habent, optimè sciant, & sic lusum unicè ad lucrum captandum dirigere valeant, quod tamen jure est prohibitum *l. 3. C. de aleat. jul Clar. lib. 5. sent. §. ludus n. 1. Roland à Valle vol. 2. cons. 63. n. 19. Rauchb. p. 2. quaest. 25. n. 24.* & aleatorum nomen pro infami habetur *l. fin. §. 2. ff. de aleat. l. 125. de V. S. l. 26. ff. de injur.* Sub quo nomine omnes ludi, qui fortunae sunt, & toti ab ancipiti & incerto fortunae eventu dependent, & non partim ingenio, artificio atque exercitatione constant, quales sunt ludi tesserarum, taxillorum, chartarum &c. quos vulgo mistos appellant, comprehenduntur & prohibentur *Petr. Gregor. Tholos. l. 36. Syntagm. cap. 3. n. 11. Rauchb. d. part. 2. q. 25. n. 23.* Qui ludi non tantùm in ordinatione Politica de anno 1612. tit. Vom Spiel. Sunt prohibiti, cujus ordinationis verba sunt sequentia: Nun

Sch

stellen wir zwar ludos honestos, oder artis, welche virtutis & ingenii excitandi causâ in den Rechten vergönnet, wenn nur dieselbe nicht quæstûs aut lucri gratiâ instituiret/ oder sonsten kein Betrug darhinder/ an seinen Ohrt: Allein die andern Spiel/ so ludi fortunæ, so wol die/ welche misti genennet werden / alß da sein Brettspiel Karten und dergleichen/ sollen niemand verstattet werden/ und welcher dawider handeln/ oder solches in seiner Behausung nachgeben wird/ der soll jedesmahl 20. Rthlr. zur Straffe entrichten/ oder da Er es nicht im Vermögen 8. Tagelang in gefänglicher Hafft enthalten werden/ꝛc. Sed etiam in sexta Synodo Constantinopolitana tàm clericis, quàm laicis sub pœnâ excommunicationis fuêre interdicti teste *Petr. Gregor. Thol. in Syntagm. jur. lib. 39. cap. 3. n.* 10. Quæ prohibitio quoque extat *in auth. interdicimus C. de Episc. & Cleric.* [illegible] 123. *c.* 10. Et quidem non solùm si pecuniâ, sed etiam, si lupinis positis, id est argento comico, vel alia quavis materiâ in vicem pecuniæ veræ postea victori persolvendæ, ludatur *l.* 1. *& ult. ibique Cujac. in paratit. C. de aleat.* Cujus prohibitionis hæc est ratio, quod in [illegible]dis sæpe fraudes committantur, atque ex illis procedunt blasphemiæ in Deum, lites, & pugnæ inter ludentes, substantiæ evacuatio, quæ facit ludentes converti ad latrocinia, furta, aliaque scelera, quæ quasi sunt puncta in [illegible]xillis *vid. Iacob. Menoch. de arb. jud. quæst. lib.* 2. *cent.* 4 *cas.* 399. *n.* 1. Quo spectat illud Virgilii de ludis:

Si quis habens nummos, veniens exibit inanis,
Lusori cupido semper gravis exitus instat.

vid. *Zœs. tit. de aleat. n.* 3. *Carpz. in prax. crim. p.* 3. *quæst.* 134. *n,* 5. *Roland. à Valle cons.* 36. *n.* 22. Quan-

tum

tiam non tantùm iis denegatur actio, apud quos aleâ lusum si damna, aut injuriæ illatæ *l. 1. pr. & §. 12. ff. de aleat.* sicuti in Facultate Juridica Helmstadiensis respon-sum his verbis: Im Fall aber dieser Tumult und Schlä-gerey wegen des biß in die spate Nacht getriebenen Kar-ten-Spiels entstanden/ so seind Beklagte die zerbrochene Thüre/ Fenster und Ofen zu bezahlen im Rechte nicht verbunden/ noch dieselbe/ alß Hauß-Fried-brechere zu be-straffen. Sed etiam ludentibus & vincentibus nulla competit actio ad petendum id, quod ludo amissum *l. fin. C. de aleat.* Quod itidem ejusdem Facultatis An-tecessores responso confirmarunt, anno 1616. daß der Gefangener die von Klägern auff dem Spiel gewonnene eilff Thaler/ von Rechts wegen nicht fodern könne / vid. *Hahn. tit. de aleat. n. 2. Struv. exer. 15. th. 55.* imo per-dentes pecuniam à lucrantibus eam tanquam indebitè solutam, possunt condicere, *l. 1. & 2. C. d. t. l. 4. §. 1. 2. ff. eod. Struv. ibid. Carpz. d. l. q. 133. n. 23. Caccialup. de ludo n. 40. Jul. Clar. lib. 5. sent. §. ludus n. 7.* Nisi illi, qui condicere volunt, collusores ad ludendum traxerint, vel coëgerint. *Caccial. d. l. n. 8. Rauchb. p. 2. quæst. 25. n. 39.* in tantum, ut, licet lusores super amisso transegerint, ta-lis transactio sit nullius momenti *Carpz. d. l. n. 24.* In-terim tamen excipiuntur ludi artis & meri artificiosi, in quibus nullus fortunæ locus relinquitur, sed qui solâ arte, virtutis aut ingenii excitandi vel acuendi causâ fi-unt, *d. l. 1. vers. duntaxat C. de aleat. Carpz. d. l. n. 14. Struv. d. l.* In quorum numero sunt exercitia jaculatoria, tor-neamenta, pilarum, latrunculorum, vulgo Schacht-Spiel/ &c. Quatuor verò genera ludorum Romano-

rum recenſentur à Gryphiand. *in œcon. leg. lib* 1. *c. fin. n.* 34. *& ſeqq.* nempe Gymnici, Circenſes, Gladiatorii & Scenici. Gymnici fiebant velocitatis ac virium gratiâ, quorum iterum fuerunt quinque genera, ſcilicet, Saltus, Curſus, jactus, virtus & luctatio. Circenſes ludi in circo ad Deorum honorem exhibebantur ad exemplum ludorum olympicorum apud Græcos. Gladiatorii in amphitheatro & arena peragabantur, ita ut vel homines inter ſe, vel cum beſtiis pugnarent, unde etiam beſtiarii, in genere verò arenarii dicti. Scenici, qui in theatro & ſcena peragebantur, & à ſpectaculis ſegregati erant. *de quib. omn. plur. vid. apud Gryph. d. l.* Nec non minori pecuniâ, animi ſcilicet laxandi gratiâ, ludere permittitur *d. l.* 1. *& d. l.* 4. *pr. h. t.* & quidem ditioribus usque ad ſolidum, ſed aliis ad ſummam judicis arbitrio determinandam *d. l. fin. C. h. t. Zaſ. n.* 3. *h. t. Struv. d. l.*

X X I V.

Sequitur nunc tertius ſtatus, nempè domeſticus, quem etiam ſtudium privati commodi venenô ſuô adeò infecit atque corrupit, ut quilibet ferè in illo dies noctesque ſtudeat, quomodo illud ſit promovendum, & alterius diminuendum, ſicuti experientiâ ipsâ docemur. Inter omnes verò primum locum occupent parentes quidam, qui amore proprii commodi, quò ſe. lucrari poſſint mercedem alicujus ſervuli, liberos ad negotia domeſtica peragenda ab informatione Scholaſticâ detinent, priusquam in doctrinâ pietatis ſatis ſint informati. De quo in ordin. Brunſv. Eccleſ. cautum, ne parentes liberos ſuos ultra duos æſtatis menſes ob negotia domeſtica ab informatione publicâ ſubtrahant,

cujus-

cujusmodi salubèrrima constitutio etiam in Ducatu Saxo-Gothanô & Comitatu Schwarzburgico, aliisque in locis est introducta. Utinam verô etiam hodie tale commodum parvulum declinaretur, & tales constitutiones circa juventutis, præsertim rusticanæ, informationem in usu essent. Commodum quoque parentum quorundam in eo residet, quod liberos ad matrimonium aliquod ineundum cogant, cum tantùm in finem, ut liberi magnas acquirant divitias, nec parentes necesse habeant magnam dotem erogare, cùm tamen matrimonia non debeant esse coacta, sed libertima. *c. 14. X. de sponf. c. ubi non est. qu. 2. c. XXX.* nec parentes liberis invitis uxorem vel maritum obtrudere possint. *l. 21. ff. de rit. nupt. l. 12. 18. C. de nupt. Beust. de matrim. p. 2. c. 4. 5.* Unde Tyrannidem exercent parentes, & peccant in leges, quando liberos ad matrimonium cum hac vel illâ personâ contrahendum cogunt, & proprium commodum saluti liberorum præferunt, cum talia matrimonia malum habere soleant exitum: Quod enim quis non diligit, facilè contemnit. *Carpz. Jurispr. Eccles. lib. 2. def. 30.* Quandoque etiam parentes ob proprium commodum, quò diutius pecuniis ad hoc necessariis frui possint, oblatâ liberis honestâ conditione, plane dissentiunt, & prohibent filium uxorem ducere, aut filiam nubere, quærentes ineptas dissentiendi causas. *Luth. tom 5. Jenens. p. 254.* Quô casu tamẽ magistratus Ecclesiasticus partes suas interponere & parentes causâ cognitâ cogere potest, ut in matrimonium consentiant atque dotem constituant. *l. 19. ff de rit. nupt. Vinn. ad Inst. pr. de nupt. n. 4.* Multò minus verò sponsalia ex frivolô

 ma-

matris diſſenſu pro nullis haberi debent, ſicuti in arduâ quadam causâ d. 10. Novembr. 1687. à Conſiſtorio Guelferbytano ſequenti modo pronunciatum eſſe memini: In Verlöbniß Sachen Jungfer N. Klägerin an einem/entgegen und wieder N. Beklagten am andern Theile: und N. Intervenientin/(alß Beklagtens Mutter) am dritten Theil erkennen/und ſprechen. Wir Wolffenb. verordnete Conſiſtorial und Kirchen Rähte/ denen ergangenen Actis, auch allen mündlichen an und Vorbringen nach vor Recht; daß Beklagter/Einwendens [illegible] geachtet/die mit Klägerin getroffene offentliche Verlo[illegible] durch Prieſterliche Copulation zu vollenziehen ſchuldig/ u[illegible] ferner Verweigerung deſſen durch zulänglich-Obrigk[illegible]chen Zwang dazu anzuhalten/ Intervenientin aber mit [illegible] Intervention-Klage ſogeſtalten Sachen nach/ nicht zu h[illegible] ſondern abzuweiſen; Geſtalt wir Jhn alſo ſchuldig erk[illegible] und verurtheilen/und die Intervenientin abweiſen. V. R. W. Reperiuntur porro nonnulli parentes, qui ſuis [illegible] donationem propter nuptias vel dotem non exiguam promisère, verùm poſtea, ſi urgeatur ſolutio, perſolve[illegible] eam recuſant, non conſiderantes ſecum quod dos c[illegible]ſtituatur marito in penſationem ſuſtinendorum oneru[m] matrimonii. *L. 76. ff. de jur. dot. Struv. ex. 30. th. 5.* [illegible]jus rei exemplum exſtat *Gen. 31.* ubi Jacob de ſocero ſuô Laban conquerebatur, quod nudus, vacuus at[illegible] e[illegible]genus ab ipſo eſſet dimiſſus *vid. Fritſch. de pecc. par. concl.* 27. Præprimis verò novercæ plerumque in detrimentum liberorum prioris matrimonii omnes actiones & conſilia ſua eò dirigunt, ut illorum bonis quoc[illegible] modô ſuas ciſtas repleant: Hinc inventaria bonor[illegible] maternorum marito ſurripientes clam comb[illegible] meliùs, manibus ſuis furtivis maſſam hereditas[illegible] c[illegible]

uer

trectare queant. Imò sæpissimè astutis pestiferisque suis persvasionibus & amicabilibus sollicitationibus maritum inducunt, ut de mobilibus demortuę uxoris ad majorem mundum & ornatum quædam depromat atque sibi donet; Quę autem remansêre, nec à sanô maritô obtinuêre, ea jam decumbente & agonizante maritô, vel ope & consilio parentum suorum adhuc viventium, vel fratrum, agnatorum aut affinium amovent atque corradunt. Novercæ enim malé præsumuntur affectæ in privignos *L.4.ff.de inoff.test. L.1.C.quib.in caus.cess.long.temp.præscr. Gl.in Clement.2. de re jud. Tiraquell.de ll. connubial. p.9. Gl.1.n.198.* Unde etiam novercas quasi nocentes arcus, vel novas arcas sine fructibus dici putavit Accursius *in §. socium. Inst. de nupt.* Quod itidem non latuisse poëtas patet ex Bucolicis Virgilii.

Est mibi namque domi pater, est injusta noverca.

Quo pertinet & illud Ovidii

Saviet in partus dira noverca meos.

Item:

Lucida terribiles miscent aconita novercæ.

Quâ de causâ etiam, quicquid pater fecit contra filios, habentes novercas, id fecisse præsumitur novercalibus persvasionibus. *vid. Mev. ad jus Lubec. p.2. tit.2. art.2. n.21.& seqq.* Et liberi apud novercam educari non debent *L.1. C.ubi pupill.educ.deb.* etiamsi id testator disposuerit, quia ad Prætoris officium spectat, ut à voluntate patris nonnunquam recedatur, quò sine ullâ malignâ suspicione alatur partus & educetur *d.l.1. & l.1.§.1.ff.eod.* Quod etiam non absque ratione eò usque extendunt Dd. ut filium ne quidem apud matrem, quæ ad secundas nuptias

transiit, educandum censeant. *per d. l.* 1. quia tum mater est suspecta, & præsumitur majorem habere affectionem erga maritum novum, quàm liberos ex matrimonio priori procreatos. *Gl. in L. lex quæ tutores. C. de administr. tut. Bald. in l. humanitatis C. de impub. subst.* Interim tamen, quæ de novercis jam dicta, non ita intelligi volo, ac si omnes novercas hujus odii intestini arguere vellem, Siquidem nón sum nescius, unam vel alteram reperiri, cui privignorum salutem & commodum æquè, ac naturali parenti, promovere curæ est, quæ ob tam ratam affectionem eo majori laude dignæ.

X X V.

E contrariò liberi parentibus interdum proprii commodi gratiâ testamentum condere prohibent, ne legata, vel ad pios usus, vel egentibus cognatis, amicis, vel aliis fortassis benefactoribus relicta exsolvere cogantur, sed totam massam hereditariam avarè ad se rapere possint. Quemadmodum enim testamenti factio debet esse libera, ita quoque tales filii, qui prohibuerunt testamentum facere, se indignos faciunt hereditate paternâ *l. 1. ff. l. 2 C. si quis aliqu. test. prohib. Nov. 115. c. 3. §. 9. vid. Struv. ex. 34. th. 52.* Præterea ob avaritiam liberi parentibus jam ad senium properantibus secundũ matrimonium prohibere solent, ne substantiæ partem ad novercam & liberos secundi matrimonii transferant. Quamvis enim secundæ nuptiæ liberis prioris matrimonii quàm sæpissime sint damnosæ, attamen impie faciunt liberi, si hoc facere præsumant siquidem illis non competit illud matrimonium impedire: Dissvadere quidem

pos-

possint, si justas habeant causas, ex bonô affectu & amore, non per invidiam aut avaritiam, ne forte aliquod in bonis paternis dispendium patiantur *vid. Fritsch. de pecc. lib. concl. 10.*

XXVI.

Hisce liberis adhuc impuberibus, mortuo patre, præponuntur tutores, ita dicti, quasi tuitores, qui ipsis adsistere debent, quò ea peragere possint, quæ sui juris hominibus conveniunt. *Struv. ex. 31. th. 4.* Verùm hi tutores, proh dolor, quam sæpissime non sunt tales tuitores, sed quasi tollitores, dum ex fide tutelam non gerunt, sed in bonis pupillaribus quasi grassantur *l. 3. §. 5. & seqq. l. 4. §. fin. ff. de susp. tut.* Ideoque vel simpliciter, vel cum aliquâ pœnâ sunt removendi. Pœnâ est infamia, quâ plectuntur, si ob dolum removeantur *§. 6. Inst. d. t.* Simpliciter verò & absque pœnâ removentur, vel ob latam culpam. *d. l. 3. §. f. l. 4. eod.* vel ob personæ qualitatem *§. 2. Inst. eod. vid. Struv. d. ex. 31. th. 55. Frantzk. ex. 3. q. 8.* Licèt dissentiat Sutholt. *diss. 3. §. 52. Vinn. ad §. 6. Inst. d. t.* Dum præterea pecuniam pupillarem, ob commodum proprium reprehendendum, in suos convertunt usus, *l. 1. C. de usur. pup. l. 7. §. 4. ff. de admin. tut.* illâque utuntur; nec usuras debitas (quæ tali casu erant centesimæ. *l. 54. d. t. l. 38. ff. de negot. gest. d. l. 1. C. de us. pup. ibique Brunnem.*) pecuniam illam in arcâ fuisse conclusam, prætexentes, solvunt, quales tutores fures dici & nominari possunt *Munnoz. de Escobar de ratiocin. admin. c. 20. n. 2. Socin. cons. 159. n. 19. v. 4.* & per consequens furti accusari possunt *Roman. cons. 118. Jacobin. in sus prax. tit. de act.* Dum denique

nique pupillis alimenta præstant, pro quibus certam pecuniæ summam quotannis in rationes inferunt, cum tamen pupillorum operis, veluti servorum domesticorum, gratis utantur. *vid. Fritsch. de pecc. tut. concl. 15.* Nur daß die Rechnung fein groß werde/ und die Vormünder das beste Stück des Erbguts an sich ziehen können. Et plurimis aliis modis injustum lucrum quærunt, quos omnes hic enarrare pagina non permittit.

XXVII.

Tutoribus sunt accensendi curatores, de quibus Dn. Henricus Michaelis, civitatis quondam Lubecensis Syndicus *in differt. de credit. p. 301. c. 21. n. 1. & 2.* ita scribit: *Quid de curatoribus boni dicam, quos pessimum invasit proprii commodi studium? Ambiunt enim primò curatelam, deinde diglutiunt bona: Advocatos enim quærunt ipsissimos & impudentissimos, qui proprio, & curatoru[m] f[illegible] commodo creditores defraudare desudant, & mille artes[illegible] cogitant, ut jura eludantur:* Vel ipsi advocaturam c[illegible]cent, quò fructum uberiorem sentiant: Sicuti quidam curator. N. insciâ curandâ, & concuratore suô, interventionem quandam ob 50. Imper. instituit, &, cùm per sententiam succubuisset, ad judicem immediatè supe[illegible] eò avidiùs appellavit, quò studiosior fuit p[illegible] advocatiæ laborem tantum sibi acquirere, quantum ipsum debitum comprehendebat, quod etiam feliciter ipsi [illegible]sit, licet sententia prior sit confirmata. Præcipuè [illegible] curatores fœminarum sub prætextu imbecillitatis [illegible] sæpe fraudem fraudibus tegunt, privilegia muli[illegible] privato commodo, mediante nequitiâ & Advocatô [illegible]simô aptant, bonam fidem, conscientiam, septim[illegible]

[illegible]

logi præceptum plane negligunt, wann nur die Curandin ein Eyd thut/ daß sie von ihres verstorbenen Ehemanns Gütern nichts auf die Seite/sondern alles ad concursum gebracht/und nichts mehr/ alß was sie eingebracht/ behalten habe/ wenn sie nur eine designationem beschweret / was sie übrig gelassen/so ist die Sache gut/ und der versprochene Lohn des Bubenstücks betaget. *vid. Dn. Braun.* In der Verantwortung seiner Ermahnung an ungetreue Schuldner. *p.* 509. Verùm tales curatores, qui creditores nasô aduncô suspendunt, & cum proximi incommodô suum augere student commodū, digni sunt suspendio, quod tamen non nisi ii faciunt, qui dicendi Versipelles, nebulones, fumivenditores, reservationum mentalium scelerati magistri, veritatis falsificatores, injustitiæ tutores, judicii illusores, legum tortores, fraudium consarcinatores, aurium & oculorum judicis obfascinatores, quorum Deus ultor erit, si non in hâc, saltem in alterâ vitâ, nec tertius heres de malè quæsitis gaudebit.

X X I I X.

Nunc sequuntur mercatores, qui justam quidem & legitimam rationem vitam sustentandi habent. *vid. Jun. in quæst. pol.* 61. (siquidem negotiationem natura penuriæ rerum compensandæ, cùm non omnis tellus ferat omnia, substituit *l.* 1. *ff. de contrah. emt.*) ideoq; moderatum, ac labori, periculo, & impensis proportionatum lucrum illis minime est invidendum *Fritsch. de merc. pecc. concl.* 3. Verùm plerique illorum sunt proni & quasi nati ad lucrum injustum privatum faciendum, & turpiter fallendum *L.* 44. §. 1. *in f. ff. de ædil. edict.* nihilque habent sacrum propter pecuniæ lucrum, cui se totos, ceu Deo, conse-

consecrant, quò pietatem, amicitiam, honestum, famam, divina pariter ac humana omnia metiuntur. *vid. Erasm. in adag. Salvian. lib. 3 de provid. Dei.* adeò, ut docente Demosthene, ingens miraculum sit, si probus mercator reperiatur. *Ventur. de Valent. in Parth. litig. lib. 1. c. 10. n. 11.* juxta vulgatum.

Ein Kauffman der nicht gerne leugt/
Ein Jude der niemand betreugt.
Ein Wasser das ohne Schaden fleust/
Auch ein Wolff der kein Schaaff zerreist/
Dazu ein Wuchrer sonder Geld/
Seind fünff Meer-Wunder in der Welt.

Nonnulli enim merces suas in locis opacis, obscuris & tenebrosis, dolò malò studiosè ita fabricatis venum exponunt, ut meliores, quàm re verâ sunt, appareant, cariusque vendantur. *Coras. miscell. jur. lib. 3. c. 24. Ripa de tempor. noctur. c. 16. n. 75.* Quod tamen in constitutione Imperii de anno 1548. prohibitum, ubi mercatorum tabernæ ampla & aperta tecta non habentes, quasi tectoria mercium falsarum, improbantur *vid. Crus. de indic. p. 2. c. 35.* Sicuti etiam in Constit. Hispan. fenestræ & luminaria mercatorum, ubi intexta auro venduntur, vel alii panni aut bombycia, debent esse clara & manifesta, absque impedimentô aliquô intus & exterius, inferius aut superius positô, ut omnis fraus evitetur. *Azeved. ad Constit. Hisp. lib. 1. tit. 5. l. 3. Fritsch. de pecc. merc. concl. 5.* Quidam etiam aliorum utilitatem intervertentes atque opprimentes sub & obreptitiè impetrant atque exercent monopolia, tanquam tyrannidem *vid. Damhud. in prax. crim. c. 134.* non attentô eô, quòd monopolia non

tantùm sint contra utilitatem publicam & finem societatis civilis, qui est, ut multi alimentationem acquirere possint, sed etiam contra facultatem emendi, vendendique, quæ est libertatis naturalis, ideoque nemini auferenda, & quòd monopoliorum nullus alius sit finis, quàm commodum privatum, de quibus omnibus Dn. Johan. Joach. Becher in seinen *Politischen Discursen c.2. p.2. p.110.* ita scribit: Daß das Monopolium der Civil Societät ins Hertz greiffet/dann ohngeacht der Monopolist um so viel reicherer wird/alß Er anderer Nahrung an sich gezogen/ so ist es doch der Gemeinen Stadt oder Land Besser / wann sie viel mittelmässig-Reiche und von ehrlicher Nahrung Leute hatt/ alß wann sie arm von Menschen ist/und nur etzliche wenige Hauptreiche Leut unter sich hatt/ denn im Fall der Noht gehen solche Hauptreiche Leut/und mit ihnen die gantze Gemein durch/ ist also das Monopolium der Populosität / und Vermehrung der Einwohner eines Landes schädlich/ꝛc. Et porrò daß sie gern reich seyn/köstliche Häuser bauen/in Kutschen fahren/Stattlich Haußhalten/und mit Weib und Kindern prächtig daher gehen wollen/ welches aller Monopolisten Zweck ist/dannenhero ziehen sie alles allein an sich/und in dem sie viel zu ihrem Uberfluß von Nöhten haben/ nehmen sie/ich sag/zu ihrem Geitz und Uberfluß andern ihren Mit-Bürgern dasjenige hinweg/was solche Leut zu ihrer Täglicher Noht-dürfftigkeit gebrauchen/ machen also/in dem sie auff Kutschen fahren/köstliche Häuser bauen/im Fraß und Wollust leben/daß andere ihre Mit-Bürger nicht einmal zu Fuß gehen/unter Dach kommen/ein Lumpen über den Leib oder stück Brod bekommen können/und hernach zum Uberfluß brauchen/ꝛc. Unde ex his & aliis causis monopolia non tantùm expresśe & severè à Zenone Imperatore *in l. un. C. de monop.* Sed etiam à Carolo V. *in const. suis art.* 17. sunt prohibita. Interim tamen necessitate summâ urgente atque exigente


 salu-

salute & utilitate reip. & æquitate, quæ vocatur summa ratio. *L. 43. in fin. ff. de relig. & sumt. fun.* Magistratus potest monopolia concedere, *vid. Arist. 1. pol. 7. Besold. discurs. pol. de arar. c. 3. n. 6. Carpz. p. 1. decis. 4. Men. p. 3. dec. 70.* Puta si civitas mercibus indigeat, nec sit, qui ob ingentem laborem, aut impensas majores, aut pericula eas asportare velit, tunc licitum erit, consideratis circumstantiis, & taxatô modicô pretiô tale privilegium uni vel paucis concedere. *Molina de I. & I. disp. 345. Brunnem. ad d. l. un. C. Monop.* Alii ob lucri cupiditatem merces malas atque corruptas pro bonis, viles pro pretiosis vendere, vel vitiatas aliis non vitiatis immiscere solent, e.g. calcem vino, pulverem & arenam blado, pomam ceræ, panem tritum zingiberi &c. qui propterea pœnâ falsi coërcentur. *l. 32. §. 1. ff. ad L. Corn. de fals. l. 6 § f. ff. de Extraord. crim.* Sicuti JCti Lipsienses ad requisitionem judicis & Scabinorum Cizensium anno 1625. pronunciarunt: Hat der Gefangene N. in Gütern bekand und gestanden/ daß er Sandel unter Saffran/ unter Ingber und Pfeffer/geriebene alt gebackene Semmeln genommen und vermenget/ &c. *vid. Carpz. in prax. crim. p. 2. q. 93. n. 86. & 87.* Quàmplurimi verò merces ultra æquitatis modum vendunt, quod injustum, omnisque æquitatis ac rationis regulæ adversum lucrum minime approbandum sed detestandum *Fritsch. de mer. pecc. concl. 3.* Unde optandum esset, ut in omnibus civitatibus ordinationes taxæ introducerentur, & servarentur, præprimis circa esculenta & potulenta, circa aromata & similia, quibus non facile carere possumus, *Fritsch. d. tr. concl. 9.* Non pauci denique proprii commodi amore falsis mensuris aut

ponderibus utuntur *c. 2. X. de emt. vend.* quod itidem sub pœnâ falsi prohibitum in constit. Carol. *art* 113. & quibusdam id facientibus Imp. Valentin. (qui in urbe Constantinopolitanâ æneum modium posuit, ne mensuræ diminui possent) manus præcidit: *Lonicer. ad 7. prac.* Siquidem hoc est abominabile Deo, uti constat ex *Lev.* 19. *v.* 35. Ubi Deus ait: *Nolite facere iniquum aliquid in pondere & mensurâ, sed statera justa, & æqua sint pondera, justus modus æqvusque Sextarius. & c.* 20. *Prov. v.* 10. *&* 23. Ubi dicitur: quod statera dolosa sit abominatio apud Deum. Ad quem textum Osiander ita scribit: *DEus abominatur imposturas, quæ exercentur in ponderibus, mensuris & regulis, talesque impostores punit. Sicut enim Deus promittit longam vitam juste negotiantibus Deut. 25. ita non est dubium, quin vitam illis abrumpat, qui proximum fallunt, quos non sinit frui facultatibus quas per imposturas corraserunt.* Experientia enim testatur, quod lucra ex falsificatis ponderibus ac mensuris quæsita aquilinas habeant pennas, nec ad primum, ne dum tertium heredem pervenire soleant. *Frith d. tr. concl.* 16. Et quod mercatorum substantia, Krähmer und der Kauffleute Güter / quia vix sine perjurio & mendacio esse potest, non sit stabilis, neque ad bonum proficiat, quod de malô congregatur, & novissimè nihil remaneat, quàm peccatum solum *c. eliciens. 11. dist.* 88. *vid. Nauráth. d. tr. p.* 389. Hos & similes impostores & fraudatores depingit Naurath. *in tr. de ratiocin. p.* 567. hisce vers.

Lügen / triegen ich mich nehr /
Recht und Fug mich nicht kümmert sehr /
Böß Wahr geb ich vor recht und gut /
Auffs theurste stracks nach meinem Muht /





Ich schwer es ist kein Mangel dran/
Und seh hiebey den Himmel an;
Dem Geitz bin ich ergeben
Und schäm mich gantz keiner Finantz;
Mit List und Lügen wie ich kan/
Betrieg ich manchen Ehrlich'n Mann.

XXIX.

Ejusdem conditionis sunt Pistores, qui privati lucri cupidine farinam salgineam & triticeam cerevisiæ excrementô magistraliter expandunt, & pondera panum quidem falsant, sed benè ponderatos in tabernâ exponunt, ne taxatores vel visitatores malè ponderatos inveniant. Ejusdem lucri amore quandoque à carnifice pollicem furis penduli emunt, eumque in caldarium immittunt, quò panes eò velocius & avidius præ vicinis vendant, daß das Brod vor andern wol abgehe. Quæ superstitio exinde fluxisse videtur, quod diabolus, qui pro suâ imposturâ ex latifundio amphiboliæ nunquam cessat homines credulos, ne videatur consultus nihil dixisse, similitudine veri decipere, quærentibus infidelibus, sortique absque labore inhiantibus, ob sie viel Glück haben werden? aliquando responderit Ja wenn sie denn Diebes-Daumen bey sich trügen. i. e, si fures adhuc pollices suos liberos, & vinculis non impeditos, neque obstrictos haberent. Quam phraseos ambiguitatem, qui non intellexêre, judicârunt, quod pollicem alterius furis suspensi diversum gerere deberent. *vid. Joh. Prætorius in tr. de pollice,* Diebes-Daumen/ *art. 5. n. 8. p. 198.* Cum verò tales homines cum pollice isto furis penduli superstitionem & sacrilegium committant, (de quô *D. Prætorius all. art. 5. § 2. p. 141. ex Christ. Otton. Disco-*

no zu Trebbin in concione von Zauberey/ p. 27. ita refert: Zur Zauberey gehören auch alle die jenigen/ welche Balcken/ Ketten und Nägel vom Galgen und Radt stehlen/ auch von getödteten Ubelthätern **Finger/ Daumen / Zehen** und andere **Glieder** schneiden / ihre Hexerey und Aberglauben damit verüben/ diese verbannet der grosse GOtt/ wann Er spricht/ Er wil sein Antlitz wider sie setzen und sie außrotten/ Levit. 20. Et singulare exemplum de fure suspenso, carente pollice Stiefler *in loc. Theolog. pag.* 68 recenset hisce verbis: Die Diebe sollen eines gehengten Diebes-Daumen bey sich tragen/ damit ihnen ihr Anschlag nicht mißlinge. Dahero als ein Dieb/ der schon auff der Leiter zum hangen gezogen ward / bekandte/ daß er dem vor ihm hengendem Diebe seinen Daumen vor etlichen Tagen abschneiden wollen/ er aber befunden/ daß solcher schon hinweg geschnitten/ sonsten er diesen Gang nicht thun dürffen / der todte Dieb augenblicklich anfieng zu reden / und sagte mit grossem Erstaunen der Leut / Ja / dein Vater hat ihn heut vor 9. Tagen gehohlet) Ideoque criminalistæ communiter statuunt, quod pœnam carceris vel relegationis mereantur, *vid Carpz. in prax crim. p.* 1. *q.* 50. *n.* 50. Sicuti etiam quendam Pistorem ob tale delictum anno 1683. die 2. Martii à Facultate Jurid. Giesensi sequenti modo fuisse condemnatum memini: In Inquisition Sachen wieder N. Bürger und Becker/ wird von uns Bürgemeister und Raht der Stadt N. auff vorgehabten Raht fremder Ohn-Parteyischer Rechts-Gelehrten allem An- und Vorbringen nach vor Recht erkandt / daß Fiscalis so wol durch Zeugen / alß des Inquisiti eigene gerichtliche Bekändtnüß zur Genüge dargethan/ und erwiesen/ daß er Inquisite von dem Nachrichter N. einen Diebes-Daumen oder Finger/ um dadurch die Nahrung seinem Nachbarn N. zu entziehen/ und an sich zu bringen/ erkaufft/ und zu gleichem End unter gemeldten N. Fensterladen/ bey Nächtlicher Zeit einige Aschen streuen lassen/ auch etzliche Silber

der zwey Groschen stück zum schädlichen und abergläubischen Gebrauch/des Nachrichters Knechte zugeschickt habe/an welchen allen er dann zu viel und unrecht gethan/und dadurch groß Ergerniß gegeben; so wird derselbe deßwegen/ihm zu wolverdienter Straff und andern zum Exempel/mit 14. Tägiger Gefängnüß und Speisung Wasser und Brods/oder mit einer Willkührlichen Geld-Buß/seinem Vermögen nach ad 20/ oder 30. fl. in Fiscum zu erlegen/nicht unbillig gezüchtiget/wie wir ihn dann dazu/ auch benebens zu Erstattung deren auff diesen Process-Verwandten expensen Richterlicher Moderation vorbehältlich hiemit also verurtheilen. V. R. W.

X X X.

Molitorum etiam nonnulli molinares hospites artificiosè defraudare sciunt,dum clandestinum foramen in fundô excussoriô, seu arcâ molariâ habent,quâ frumenta truncata decidunt, quibus sues suos vel Provisorum molarum saginant. Dum frumentum in molâ ob inopiam aquæ depositum diu retinent, nec ad molandum hospites admittunt,nisi aliquot marianos ad gulam dederint. In summâ nulli in re concreditâ tàm malitiosè & negligenter versantur quàm molitores. *vid. Knichen. de Sublimiterr. c. 4. n. 251. Nauratb. de ratiocin. p. 359.* Unde fures etiam dicuntur,quatenus scilicet fraudulenter agunt. *Gryph. lib. 1. c. 24. n. 75. per Gl. ad §. si tamen Inst. de R. D. Novizin. lib. 5. n. 75.* de quibus sequentes rythmos Bornitius. *lib. 2. c. 8.* retulit:

Ein Schalck und Müller / Eines Meisters Schüler;
Seynd stets Gesellen/ Geschickt zum Stehlen.

Et Joh. Kaisersberg. dixit, optimum esse, quod saccí in molendino muti essent. De quorum tamen dolo si constiterit, hi molitores infideles pœnâ suspendii sunt affi-

afficiendi, ficuti JCti Lipfienfis Anno 1615. refponderunt. *vid. Carpz. in prax. crim. p. 2. q. 85. n. 46.*


XXXI.

Oenopolæ atque cerevifiarii ad quæftum faciendum mifcent hordeum cum avenâ, loliumque Germ. Twalch / Lulch / cum frugibus, ex quibus cerevifia coquitur, permifcent, quò eò citius hofpites temulenti atque ebrii fiant *vid. Joh. Bauhin. Hift. plant. Univerf. tom. 2. lib. 18. c. 32.* Menfuram fpumâ complent, & debitam quantitatem hordei tofti aquæ cerevifianæ denegant. Multoties verò vinum vel cerevifiam aquâ mifcere folent, quod vinum aquâ contaminatum ab antiquis fpurcum dictum. *l. 27. §. 15. ibique Godofr. ad l. Aquil.* medici improbant, neque in convivio probatur, fi vinum ranis fubminiftretur, ficuti proverbio dicitur, *vid Erasm. Chil. 2. cent. 3 prov. 20.* De quibus Bornitius *lib. 3. c. 16.* hos rythmos recenfet;

Die da Bier brauen / GOtt gar nicht fchauen /
Haben kein Gewiffen / Zu viel offt gieffen.

Interdum etiam adeò funt fuperftitiofi, ut pollicem furis fufpenfi, de quô fupra th. 29. dictû, immittant in doliare, quo continetur cerevifia, cum in finem, ut cerevifia præ reliquis maturè vendatur, quod tamen Matthefius *in poftil. tom 3. fol. 33.* his verbis feverè reprehendit: Daß ein Diebes-Daumen in ein Vörtich gehencket beffer Bier machen folle / das ftehet nicht in GOttes Wort / hat kein Urfach in der Natur und ftrebet wider die gemeine Erfahrung / ob wol der Teuffel bißweilen fein Spiel hat / daß es einem Gottlofen / der daran glaubet / glücken mag / denn wer auff den Teuffel und deffen Phantafey vertrauet und ruffet ihn an / den kan er leicht verfuhren / *vid. Prætor. de pollice* Diebes-Daumen *art. 5. §. 1. p. 145.*

XXXII.

XXXII.

Hospitum, der Gastgäber/ itidem primaria est intentio, homines argentô emungere, dum pretium alicujus cœnæ non ex ferculis appositis (quæ sæpissime iterum præparata, corrupta & fœtida, imo interdum pro lepore felem cuniculũ, aut vulpem, pro turdo corvum apponunt, de quo Mengering *in Scrutin. conscient.* ita scribit: Der alte Brate wird auffs neue mit frischem Speck gespicket und getrieffet/ daß man glauben muß/ er sey itzt vom Spieß gekommen: Die Tarten werden 3. oder 4mahl gebacken/ daß sie gahr seyn/ und niemand Schaden bringen/ und verändern sich offtmahl gantz wunderlich/ daß auß einer Tarten ein Flade/ und auß einem Fladen ein Gemüß werde) sed ex hospitum vestitu & marsupio constituunt, *vid. Gryph. in œcon. leg. lib* 1. *c.* 28. *n.* 90. Dum etiam divites liberaliter atque libenter excipiunt, pauperes ad stabulum & stramen mittentes, quemadmodum legitur *apud Luc. c.* 2. *v.* 7. quod in diversorio non fuerit locus pro virgine Maria, nisi in stabulo: Dum præterea spe commodi vinum vel cerevisiam plus justò aquâ diluunt, ut sc. nomini cauponis satisfiat, quod à cupâ derivatur, sicuti etiam græcum, χαπηλὸς, cauponem denotat. Unde Apul. *lib.* 1. *de Asin. aur.* fingit, cauponem à Sagâ quadam in ranam conversum, ita, ut quasi dolio innatans adventores pristinos officiosis ronchis raucus appellet. Ob quod scelus Athenis talis hospes vinum aquâ diluens capite plexus. Cujusmodi rigor, si hodiè in usum deduceretur, pauci caupones superessent. *vid. Gryph. lib.* 1. *c.* 28. *n.* 94. Sordidum denique acquæstum ex lenocinio sibi attrahunt *l.* 43. *§.* 6. *& seq. ff. de rit. nupt.* quod non solùm [illegible] dum est. *rubr. C. de spectac. l.* 4. *de accus.* sed etiam planè

turpe

turpe & odiosum. *Nov.* 14. *in pr.* usque adeò, ut infamis sit, qui lenocinium fecerit *l.* 1. *ff. qui not. infam. l.* 6. *c. de spect.* sive mas sit, sive fœmina. *l.* 43. §. 7. *ff. de rit. nupt.*

XXXIII.


Nec minus Nautæ variis modis illegitimum acquæstum faciunt, variosque modos furandi habent. Unde etiam malè audiunt, & inter tres nequam juris civilis primum locum occupant in *rubr. ff. Naut. caup. stab.* de quibus ita *Cujac.* 37. *obs.* 31. Generi hominum, qui malè audiunt, omnium maximè proprius titulus datur in *Digestis.* Et *Horat.* 1. *serm.* 5. forum Appii, dicit, differtum nautis, cauponibus atque malignis. Etenim vel mercibus sibi commissis aliquid subtrahentes sub prætextu diversæ mensuræ, de quâ *Gryphiand. l.* 1. *c.* 25. *n.* 186. palliant. Vel in insulis portubusque, ad quos appellunt, clanculum vendunt *l.* 3. *C. Quæ res ven. l.* 7. *C. de navicul.* Vel frumentum aquâ conspergunt, ut intumescat, vel illi arenam immiscent. *l.* 30. *de negot. gest. l.* 27. §. 14. & 20. *ad l. Aquil.* Vel oleum, vinum, cerevisiam aquâ corrumpunt: vel quandoque lucri causâ vetitas merces in naves recipiunt *l.* 3. *de naut. fœn.* vel naufragium studio procurant quò quæstuosior fiat piscatio & rapina. Vel debitum vectigal (cujus locô secundum numerum, pondus vel mensuram mercium hodie pecunia certa, pro cujusque loci consuetudine, quæ in vectigalibus dicitur spectanda, solvitur *l.* 4. §. *fin. ff. de public. & vect. commiss. Struv. exer.* 39. *th.* 46. *Hahn. ad Wes. eod. n.* 5.) existimantes id sibi non minus ac studiosis licere, defraudant *Stra. b.*

de naut. p. 5. in pr. qui tamen deprehensi graves pœnas
luunt *l. 14. ff. de public. & vect. commiss.* Quo casu ta-
men, quæritur, si aurigæ vel nautæ culpâ & negligentiâ
vectigal aliàs debitum non solvatur, an ideo Dominus
mercium pœnam commissi sustinere debeat? Nos, ra-
tionibus, quas alii afferunt, non obstantibus, statuimus,
Nautæ culpam non posse nocere Domino, nec debere
primò, quod nulla lex, nullus apex in universo jure invenia-
tur, quô doceri possit, merces innocentis Domini ob nau-
tæ crimen fraudati vectigalis jure committi, quin potius
omnes juris textus sub titulis *ff. de publ. & Cod. de ve-
ctigal.* expressè loqvuntur de rebus ipsius delinqu...
propriis, &, ut eæ in commissum incidant, dolum & cul-
pam ipsius domini manifestò requirunt; nam, *quod
commissum est, statim desinit esse ejus, qui crimen contra...*
dicit JCtus Ulpianus in *d. l. 14. de publican.* Item fraudati
vectigalis crimen ad heredem ejus, *qui fraudem contra-
xit*, transmittitur, inquit JCtus Papin. *in l. 8. eod. vid. Bo-
rachin de Gabell. p. 9. n. 3. & 6.* ubi sine dolo hoc crimen
fraudati non committi confirmat. Ergo pœnam com-
missi ipse sustinere debet, qui crimen contraxit, quique
dolo publicanos fraudavit. Nec *secundò* potest hæc pœ-
na extendi ad dominum innocentem, ejusque b...
quoniam hic versamur in odiosis, siquidem g...
rum & pedagiorum materiam esse odiosam satis con...
teste Joh. Kopp. quæst. 50. n. 1. Cum *tertiò* pœna ...
debeat esse, ubi est noxa, & peccata suos tenere auto-
res, nec ulterius progredi metus, quàm reperitur de-
ctum *l. 22. C. de nupt.* quâ ratione utitur *Bocer. de reg.*
... n. 210. itaque non debet pœna commissi ad ...

tem aliquem mercatorem extendi. *Quartò* si culpa à socio, vel à ministro domini mercium commissa, ipsi domino nihil noceat, utique nec in præsente casu nautæ culpa, res, quas vehit, non profitentis, domino earum nocere potuit. Atqui verum prius per *d. l. 8. §. 1. l. 11. §. 2. l. fin. §. 11. ibi. hoc si fecerint ignorante domino, nullâ pœnâ dominum teneri ff. de publican.* Et quod ob socium fraudantem pars innocentis socii non incidat in causam commissi tuentur *Sixtin. de regal. c. 6. n. 190. Rosenthal in tr. de feud. c. 5. conclus. 41. Betrachin. d. tr. p. 9. n. 26.* Ergo & posterius. *Quintò* potest in argumentum trahi, quod dicitur in *d. l. fin §. 4. ibi: Ne in potestate servorum sit, invitis vel ignorantibus dominis illorum potestati se subtrahere.* Quæ ratio, cum generalis sit, benè ad hunc casum applicatur, nimirum merces domini ob culpam perfidorum nautarum non committi, ne scilicet in potestate ipsorum sit, ignorantibus & innocentibus dominis rerum suarum dominium iis aufferre, quod facilè, stante contrariâ opinione, efficere possent, würde dadurch einem jeglichen leichtfertigen Gesellen frey gestellet / seines Gefallens auß Haß / Rachgier / oder auch collusione cum Gabellariis factâ einen ehrlichen Kauffmann um Ehr und Guht zu bringen / cum tamen hominum fraudibus sit obviandum. *Sextò* vulgatum illud: *semper malam esse fisci causam sub principe bono:* meritò & hoc casu obtinere debet. Cum enim pœna commissi tâm gravis præcipuè propter fiscum & publicam utilitatem, non verò privatam, sit constituta, adeoque etiam Dominos locorum in hujus exactione tâm inclementer agere non decet, ut aliquam proba-

 bi-




bilem excusationem nec velint audire, minusve admitte-re *vid. Frider. Mindan. l. 2. de mand c. 43. §. 5.* At hæc est communis Dd. & interpretum nostrorum sententia, nempè, bona ignorantis domini & minimè conscii, propter crimen ac fraudem mulionis, aurigæ, vel nautæ confiscari non debere; quam tenent *Guido Papa decis. 572. n. 1. ubi dicit; ita fuisse judicatum. Thom. Gram. mat. cons. 8. decis. 8. Boer. decis. 178. n. 25. Bossius tit de fraude vect. n. 6. Cravett. cons. 696. Bertachin. d. tr. de Gabell. p. 9. n. 14. ubi dicit, se ita judicasse, & plures alios in hanc sententiam, etiam Bartolum ad d. l. fraudati, & Baldum ad l. cum proponas. C. de naut. fœn. allegat.* Quamvis multi contrarium dicant; *prosper. Farinac. quæst. crim. 183. p. 2. n. 64. Rosenth. de feud. lib. 9. concl. 4. lit. d. Card. Tusch. conclus. 14. n. 3. lit. g. Rol. à Valle cons. 42. n. 30. vol. 3.* qui tamen solent declarare suam sententiam, ut factum aurigæ noceat Domino, si ille sit solvendo: Sed si solvendo non sit, dari Domino restitutionem *vid. Brunnem. ad l. fin. ff. de publ. & de vectigal. commiss. n. 9.*

XXXIV.


Dardanatii, Propolæ atque Pantametaboli Germ. Korn-Wölfe / Korn-Juden / Korn-Schinder / πλεονέκται committunt, dum societatem contrahunt, quò annona fiat carior *l. 2. ad L. jul. de annon.* ejusque abundantiam & quò minus justò vendatur pretiô, in Republica dolò sè impediunt, navem, nautamve, advehentem annonam, retinent, aut dolò malò faciunt, quò detineatur. Qui solent etiam annonas cöemere ac supprimere, ut cariori pretio vendere possint, dum minus uberes proventus exspectant. Verùm cum tales Dardanatii Reip-

liex (ad quam conservandam omnium ad vivendum necessariorum usus requiritur teste ICto *in l. 2. de nundin. & Arist. 1 pol. 2*) sint pessimi homines, atque bonitati Dei omnipotentis illudant, ideoque non tantùm jure civili pœnæ sunt illis præstitutæ *l. 37. de pœn. ff. l. 13. de accus. 2. f. 27. §. 4.* (ubi Fridericus Imp. laudabiliter constituit, *ut unusquisque Comes septem boni testimonii viros sibi eligat, & de qualibet provinciâ cum ipsis sagaciter disponat, & quantô pretiô secundum qualitatem temporis annona sit vendenda, utiliter provideat. Quicunque verò contra deliberationem ipsius intra anni terminum altius modium & carius vendere præsumserit, tanquam violator pacis habeatur, & totidem viginti libras exsolvat Comiti, quanti modios altius vendidisse convictus fuerit.* Quam constitutionem magnoperè laudat *Dinnerus de Just. rer. pret. defin. q. 4* ita exclamans: *O constitutionem orbi Christiano salutarem, si seculi nostri avaritia eam in usu habere permitteret. vid. Tholos. Syntag. lib. 29. cap. 30. & lib. 36. cap. 30. n. 5. Menoch. lib. 2. arbitr. jud. quæst. cas. 304. & 384 n. 1.*) Sed etiam aliæ constitutiones secutæ *vid. ord. pol. Franc. de Anno 1577.*

XXXV.

Joculatores (quos vocat JCtus in *l. 7. ff. de extraord. crim.* Saccularios) die Gauckler / die mit der Gauckel-Taschen umgehen / quæstus etiam causâ perstringunt oculos hominum, atque manuum celeritate decipiunt, artesque vetitas in sacculo exercentes partem subducunt, partem subtrahunt *d. l. 7.* Ubi verbum subducendi ad magicas artes referendum videtur; sed subtrahendi ad manuum agilitatem, quæ tanta est nonnullis hominibus ut omne ingenium in digitos abjisse videatur *Matth. de crim. lib. 47. tit. 11. n. 3. Struv. exer. 48. th. 80.*

 Ejus-

Ejusdem farinæ sunt Astrologi, Augures, Arioli, aliique conjectores, qui futura quæstûs illiciti causâ prædicant *Tholos. in Syntag. jur. lib. 34. Synt. 9. cap. 3. & seq.* Quos lex divina æque ac humana improbat *Levit. 19. c. igitur 26. q. 3. l. Nemo C. de malef.* usque adeo, ut Astrologus injuriarum teneatur, qui furem aliquem dixit, qui non erat. *l. 15. §. 13. ff. de injur.* Denique huc pertinent Zigeni, qui ex chiromantiâ quæstum faciunt, qui se Ægyptios dicunt, cum tamen nihil aliud sint, quàm manipulus furum, & colluvies otiosorum ac fraudulentorum hominum, ex variis nationibus non ita remotis collecta *vid. Besold. diss. 2. de jure ordinibusque Civ. th 3.* Et in Ducatu Würtemburgico non feruntur, quia olim Ducem Eberhardum Sultano prodiderunt *Crus. p. 3. fol. 426.* Ac in Gallia paucos ante annos fuere expulsi *Merc. Franc. tom. 2. fol. 318. Gryph. lib. 1. c. 35. n. 47.* Item glirium, murium que domitores, quos vulgò Ratzen und Mäusefänger / Cammer-Jäger dicimus, qui homines decipiunt, dum quidam magicas miscent artes, incantates, mures ut attoniti consistant, sicut se vidisse testatur *Wierus lib. 2. de prastig. cap. 1.*

XXXVI.

Laniorum lucri injusti cupido elucet in eo, quod non tantùm carnem antiqui pecoris pro juvenili, carnem vaccæ pro bubula, jumenta ægrota, sues, & oves insanas pro carne sanâ vendant, sed etiam quandoque, præprimis apud rusticos aliosque simplices homines, in emendis animalibus sequentem dolum committunt, dùm bovem vel vaccam pretiò vili acquirere satagentes, ipsius os lupi excrementis, venditore non animadver-

vertente, summâ alacritate illiniunt, quô factô semper caput ad terram vergens, nihil edit, usque dum purgatur. Dum alii lardum imponunt aceto per 24. horas, eôque deliniunt præsepe, ex quô jumenta pabulum edunt, quô factô itidem nil quicquam edunt, usque dum præsepium purgatum *vid. VVolffgang. Hildebrand. in Magia nat. lib. 2. c. 13.*

XXXVII.

Nec minus opifices sunt φιλοκερδεῖς, & lucri injusti cupidi, utpote quos avaritia eò adegit, ut non tantùm audeant falsa opera, in quibus est materia corrupta, aut vitiosa, vel forma non ex fide aut arte imposita, conficere (qui tamen contra septimum præceptum, justitiam commutativam & dilectionem Christianam enormiter peccant, & criminis falsi pœnâ plectendi, atque ex collegio excludendi *Frisch. de peccat. opific. conclus. 23. 24.*); Sed etiam eôdem pretiô vendant tempore annonæ vilitatis, quàm caritatis, in quos graviter invehit Lutherus *tom. 1. Jenens. pag. 527. verb.* Gar selten ist einer unter den Handwerckern/ꝛc. Alii diem otiosi trahunt, & libentius vident solem occidentem, quàm orientem *Hering. de fidejuss. cap. 7. n. 120*, quò plus acquirere possint, de quibus *Coler. lib. 3. æt. n. 26.* Zimmerleut und Maurer/ Das sind rechte Laurer/ Ehe sie essen messen und sich besinnen/ So ist der liebe Tag von hinnen. Nonnulli faciunt pactum, ut, quod unus illorum cœperit, alteri perficere non liceat: Quod pactum, utpote, quô intendunt, ut locatores tantùm solvant, quantùm conductores desideraverint, repugnat *l. unc. C. de Monop. vid. Möller lib. 2. semestr. c. 15. n. 8.* Quidam conveniunt, ut iniquo pretio laborent omnes

omnes, nec minus ab uno eorũ accipiatur quàm ab altero, quod tamen in ordinatione Imper. de anno 1548. § 36. rubr: Von den Handwercken insgemein prohibitum cujus verba sunt: Demnach die Handwercker in ihren Zünfften und sonsten zu Zeiten sich mit einander vereinigen und vergleichen / daß einer seine gemachte Arbeit nicht mehr oder weniger verkauffen soll denn der Andere/und also ein Anschlag der Steigerung machen/ daß diejenige so derselben Arbeit Nohtdürfftig und kauffen wollen/ihnen sie ihres Gefallens bezahlen müssen; So meinen Wir hiemit ernstlich und wollen / daß solches von den Obrigkeiten hinführo keines weges geduldet und gestattet/sondern gebührliche Einsehung gethan werde; Wo es aber daruber von den Handwerckern geschehe / daß alßdann die Obrigkeit nach Gestalt der Sachen Sie ohn Abläßig straffen soll. Non pauci illorum operam, quam alii conduxerunt, ad se trahunt *Fritsch. d. tr. conclus.* 6. qui tamen secum deliberent dictum Christi: *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris* Et quia agunt contra officium caritatis, & naturam societatis, ideoque etiam *in ordinat. provinc. Bavarica lib. 4. tit. 1. art. 15. rubr.* Daß kein Handwercks-Mann dem andern seine angedingte Arbeit abwerben soll / severè prohibitum. Item tyrones suos, ihre Lehr-Jungen/ non fideliter in opificiis informant, sed ad alias operas domesticas utuntur, & tamen indebitè mercedem pro informatione exigunt, quod maximè improbat Arnold. Mengering. *in Scrutin. consc. c.* 11. *q.* 138. *& constit. Bavar. lib.* 8. *tit.* 1. *art.* 6. his verbis prohibitum: Die Meister sollen die Lehr-Jungen/ damit sie ihr Handwerck desto besser lernen/zu keiner andern Hauß-Arbeit/alß was einem Lehr-Jungen gebührt/gebrauchen. Quàm plurimi denique, ut sutores, sartores, pannifices, scriniarii, fabri ferrarii &c.

crea-

creationem novi Magiſtri propterea difficilem & ſumtuoſam reddunt, ut pauperiores à collegio excludantur, numerusque eorum opificum reſtringatur. Edunt, potantque per aliquot dies cum uxoribus & liberis ſtrenuè, & hos ſumtus omnes novus Magiſter cum ſummô rei familiaris ſuæ damno ferre debet. Quod tamen, ut iniqvum à Magiſtratu minimè permittendum, ſiquidem duplici, imo triplici onere premitur, dum opus magiſteriale conficere, convivium lautum inſtruere, & certam pecuniæ ſummam præſtare cogitur: Atque hoc modo novus magiſter pauperior ad incitas redigitur, ut opificium, quod didicit, exercere ob paupertatem nequeat, reliqui verò eò melius victum acquirere valeant: Quod itidem *in ordin. Bavar. l.4. tit.1. art.*10. prohibitum. *Fritſch. de opif. pecc. concl.* 12.

XXXIIX.

In ſpecie verò Sutores *primò* quæſtûs grâtiâ ex optimo corio ſe conficere velle calceos promittunt, cum tamen ex deteriori v. g. Schindt, Fall, oder Alten-Leder/ confectos offerant & vendant *vid. Fritſch. de pecc. opif. concluſ.* 124. quod tamen à Sereniſſ. Duce Wolferbyt. quandoque fuit prohibitum, daß das Fall- und Schindt-Leder denen Schuſtern zu verarbeiten gäntzlich verbotten ꝛc. Præterea etiam in eo quærunt commodum proprium, dum pelles multas bovinas coëmunt, & ultra neceſſitatem coria ex illis elaborant, ac poſtmodum in detrimentum Coriariorum vendunt, quod cùm cerdonibus maximè ſit damnoſum, ideoque in certa quadam civitate inter hos, ne coria, niſi ad proprium uſum, præparare, multò minus verò aliis vendere Sutoribus liceret, transactum.

 Cùm

Cùm verò Sutores talem transactionē ad nundinas restringi posse negârint, & propterea huic contravenire tentaverint, iis denuò ad petitionem cerdonū à Serenissimo Principe demandatum, daß sie sich des Verkaufs/oder Verhandlung des von ihnen gahr gemachten Leders/es habe Namen wie es wolle/ so wol in/ alß ausserhalb den freyen Jahrmärckten/gäntzlich zu enthalten.

XXXIX.

Sartores quidam *secundò* ob proprium commodum promovendum in diebus etiam sacris, maximè verò in diebus Festorum strenuè suum exercent officium, juxta illud, Je heiliger das Fest/ Je schäfftiger der Teuffel ist/ minimè credentes, peccatum esse, si quis concionem negligat, quos *Mengering. in Scrutin. conscient cap 7. quæst.* 94. ab hac Sabbathi prophanatione severè dehortatur his verbis: Die Schneider mögen sich wol eines andern bedencken/und ihr Gewissen besser in acht nehmen/denn sie offenbahre Fest-und Sabbats-Schänder seyn/ wann sie an den hohen Fest-Tagen nicht von ihrer Werck-Stätt kommen/sondern immerfort stechen und Kleider verfertigen/ rc. Imprimis verò particulas quasdam residuas vel resectas materiæ elaboratæ sibi tacitè vendicant, nec non duas vel tres uncias filorum sericorum, Nee oder Stip-Seide ad vestimentum conficiendum quidem postulant, cùm tamen unicâ, vel filis duplaris utantur, de quibus *Neurath. tr. de ratiocin. p. 390. & Mengering. d. tr. c. 11.* Es gibt solche Diebe unter den Schneidern/die zwar die Mantel-Glocken weit zuschneiden/ hernacher aber ihnen abnehmen / und also ein paar Ehlen oder drittehalb davon stehlen.

X L.

X L.

Tertiò etiam Architecti præ reliquis quæstum vitiosum ex malis & vitiosis operibus acquirunt, quo nomine tamen actione locati de dolo & omni culpâ tenentur, si non fecerunt & observarunt, quæ diligentissimus quisque artifex fecisset & observasset. *l.* 25. §. 7. *locat.* de quibus fabris lignariis supra dict. Mengering. *c.* 21. ita scribit: Die Zimmerleut nehmen zuviel abgängliches vom Holtz heim des Abends/heischen im Beschlagen zu viel Nägel/und wenn sie 2. 3. oder 4. Schock derselben fordern/ verschlagen sie kaum die Helffte/ die Andern stehlen sie alle dem Bau-Herrn ab.

X L I.

Horum omnium jam â nobis recensitorum hominum, qui prohibiti privati commodi studiô ducuntur (licet alii cujuscunque conditionis sint quàmplurimi, qui tamẽ hac vice propter angustiã temporis enumerari haud possunt) agmen claudant Judæi, qui sunt quidem tolerandi tùm propter promissionem & spem conversionis, tùm etjam, ut sint testes veritatis historicæ N. ac V. T: (multi enim forsan non crederent, tales homines fuisse, nisi eos coram intuerentur) & speculum iræ divinæ in eos, qui Salvatorem nostrum injustè suppliciô affecerunt, & Magistratus, qui semel Judæos recepit in protectionem, non potest contra pacta & privilegia illos pro lubitu expellere, *vid. Paul. Paris vol.* 4. *consf.* 2. *n.* 5. Sicuti in Cam. Imp. mandatum cum clausulâ decretum in causa Joachim Ferber/ Juden zu Northausen/ contra Bürgermeister und Raht der Stadt Northausen/ d. 28. Septembr. 1551. *vid. Ruland. de commiss. p.* 3. *lib.* 7. *c.* 3. *n.* 5.] In quam

sententiam etiam respondit Facultas Juridica Coloniensis d. 5. Febr. 1628. in causa Dni. Abbatis Fuldensis. *vid.* Reinckingk. *de R.S. class. 2. lib. 2. c. 3. n. 49.* Verùm ne cum detrimento Christianorum res suas familiares otiosi augeant, vel apertè blasphement *arg. tit. C. de jud. l. 6. C. de pign. vid. Besold. diss. 2. de jur. ordin. civ. c. 4.* Attamen his conditionibus non attentis, dies noctesque student commodum proprium variis modis promovere, alteriusque diminuere. Unde fit, ubi tales Iudæi reperiuntur, ut omne commertium dissolvatur, & locô fidei germine doli, fraudes, mendacia vigeant, & mercatores Christiani pauperes fiant, de quibus Becher. in seinen Politischen Discursen/ *p. 2. c. 24. p. 218.* ita scribit: Es ist gewiß/ daß die Juden der Gemeine höchstschädlich seyn/ etc. Item: Das einzige ist/ was die Juden Patroni vorwenden/ nemlich die Juden thun den benötigten Christen viel Guts/ indem sie ihnen auff Pfande leihen / und auß ihren Nöthen helffen; Ja/ so, wie der Teufel den Zauberinnen außhilfft / wann er sie auß der Gefängniß bringet/ oder Geld gibt/ nemlich / daß er sie als lezeit mehr auff seine seite bringe. Peccat itaque Magistratus qui ob commodum privatum hisce judæis nimium indulget, ac subditos hirundinum instar ab illis exsugi patitur. *vid. Fritsch. in tr. Princ. peccans. concl. 7. §. 4. Et Chemnit. p. 2. Explicat. Evang. 130.*

X L I I.

Hisce igitur prolatis seqvuntur nunc hujus privati commodi minimé tolerandi effectus, qui præcipui sunt, quod omnia *primò* dilabantur, siquidem malè parta, malè dispериunt, übel gewonnen/ übel zerronnen/ *teste Plaut. in Pœnul. act. 4.* & sub manibus quasi evanescunt, & paupertatem inducunt, juxta proverbium, Wer eilet nach

fremden Guht/Auff den wartet die Armuht. Unde monitum *Isidori*, quod *lib.* 12. *orig.* 7. protulit, minimè negligendum: *Ne malè lucreris mala lucra, equalia damnes.* Imò non solùm mala acquisitio ipsis acquirentibus malè cedit, sed etiam illorum heredibus obest, secundùm vulgatum versiculum: *De malè quæsitis non gaudet tertius heres.* Ab heredibus enim malè acquisita & turpia lucra repeti, atque extorqueri etiam possunt *l.* 4. *ff. de calumn. c. Tua X. de usur.* Unde actiones pœnales rei persecutoriæ etiam transeunt in heredes *l.* 7. §. 2. *ff. de condict. furtiv.* quatenus nimirum ex dolo defuncti facti sunt locupletiores *l.* 12. *§. fin. ff. ad exhib. l.* 23. *§. hanc actionem ad L. Aquil. l.* 1. *ff. de privat. delict.* Neque etiam prodesse potest præscriptio, cum vitia rerum à majoribus contracta ad posteros descendant *l.* 11. *ff. de divers. præscript.* Neque jure Canonico malæ fidei possessor ullo unquam tempore præscribit *c.* 2. *de reg. jur. in* 6. *c.* 5. *X. de præscript. vid. Struv. ex.* 43. *th.* 21. *Deinde* fiunt tales lucri cupidi infideles, atque perjuri, cujus perjurii pœna jure canonico indistinctè est infamia *c. Infamis* 6. *q.* 1. *c. Siquis convictus c. querelam de jurejur. vid. Martin. Vran. in lect. ad d. cap. Querelam n.* 5. juxta quæ responderunt Antecessores Facultatis Iuridicæ Helmstadiensis An. 1614. d. 23. Febr. hisce verbis. Daß N. der allbereits fugitivus worden/ und von euch wiederum zu handen gebracht/auch an den Geldern deß N. darüber Er gesetzet gewesen/ wider seinen darauff geleisteten Eyd sich vergriffen/ infamis und anrüchtig worden/ ad juratoriam cautionem in dieser euer hohen Forderung/ so auff 400. Fl. sich erstrecket/ kommen zu lassen nicht schuldig/ *vid. Hahn. tit. de his*

qui vot, infam.n. 5. *Tertiò* remotio ab officio, *Quartò* talis lucri injusti cupidi iniquè læsorum lamentationes & querelas sentiunt, malamque conscientiam acquirunt, ac iram divinam & maledictionem sibi imponunt, de quibus omnibus Döpler / *p. 3. c. 19. n. 190. 191. 192. & seqq.*

XLIII.

Restant tandem remedia, quibus hæcce mala & lucri cupiditates præcaveri & impediri posse videntur, quorum *Primum* est, ut Magistratus Superior præfecturas suas multoties ex improviso per Inspectores vel Deputatos, sicuti Romani olim per Ædiles curules, visitet, atque de justitiæ administratione, Oeconomia & vita subditorum inquirat: Etenim eâ de causâ in speculâ quâdam quasi est collocatus, ut emineat super subditos, quò omnem iniquitatem, avaritiam & crudelitatem averruncet, &, si deprehenderit, etiam severè puniat *Cruf. de indic. p. 1. c. 1 Mind. l. 2. de mand. c. 23. §. 11.* *Secundùm* est, ut ipse Dominus subditos querulantes audiat, atque exhibitas supplicationes legat, siquidem hôc modô multis lucri cupiditatibus obviam itur, de quo Lohen-Eysen in seiner Staats und Regierungs-Kunst *lib. 2. cap. 119.* cujus verba hæc sunt: Vielen Finantzereyen und Eigennutz kan vorgebauet werden / wann Fürsten und Herrn ihre Unterthanen bißweilen selbst höreten / und fragten / wie die Beamten und andere Bedienten mit ihnen umgingen / rc. Quod etiam pius Imp. Theodosius, Ferdinandus primus, aliique fecerunt, quorum exempla etiam seqvuntur Clementissimi mei Domini Serenissimi, Fratres, ac Duces Brunsvicenses, Dominus Rudolphus Augustus, & Dominus Anthon Ulrich,

rich, qui Constantini Imp. Constitutionis, quæ est in *Cod. Theodos. lib. 9. tit. de accusat. & inscript.* admodùm memores, supplicas propriis manibus accipiunt, illisq; lectis Rescripta propriâ manu emittunt. *Tertium* remedium est, ut ipse Dominus inquirat in Ministrorum actiones, ob sie sich auch mit Diebes Nägeln kratzen/ ihre armen Unterthanen über die Billigkeit beschweren *vid.* Döpler *c. 20. n. 77.* Quod etiam Froschmeußl: sequentibus rythmis indicavit:

Der Fürst muß selber sein der Raht /
Wil Er nicht kommen viel zu spaht.
Wann man alles verderbet hat.

Quod factum legitur ab Imp. Anthon. Philosopho, qui famæ suæ curiosissimus diligentissimè requisivit, quid quisq; de se diceret, emendans, quæ benè reprehensa videbantur *vid. Peller. in Pol. scel. impugn. c. 36. p. 417. & seq.* Quod etiam legitur de Matthia Hunniade, Rege Hungariæ, Ariperto, Longobardorum Rege, Ludovico, Rege Ungariæ & Bohœmiæ, Christiano, Duce Brunsvicensi & Lyneburgensi, Ludovico secundo, Landgravio, dicto der Eyserne/ de cujus laudabili facto in castro Wartburg vestigia adhuc reperiuntur. In specie verò sequentibus remediis Præfectorũ, aliorumque Ministrorum privata comoda possunt præcaveri, si nimirum ipsi Domini provideant, ut (1.) viris piis, conscientiosis, honestis, prudentibus & in rationibus conficiendis expertientibus, non avaritiæ deditis, officia demandentur. *vid. Paris de Puteo verb. substitut. n. 3. Rictius dec. 38. n 1. p. 1. Naurath. de ratioc. in p. 3.* Seckendorff im Teutschen Fürsten-Stat/ *p. 3. c. 4. §. 7.* (2.) Ut salaria condigna & sufficientia illis solvantur, quibus se sustentare possunt *Nov. 28. c. 4. §. 1. & 2. Fritsch. p. 1. cons. 4. n. 68.* siquidem vulgo dicitur; Aemter ohne Besoldung machen Diebstal. *vid. Zinkgref. apophtheg.*

phibeg. p.1.p.105. Quod probè etiam consideràrunt Impp. Augustus, Alexander, Severus, Justinianus, & alii, qui ministris lautum constituêre salarium *vid. specul. §. salarium. 5. Menoch. de arbitr. jud. quæst. lib. 2. cas. 514* Unde Philippus II. Rex Hispaniæ ministrû suum Ruy Gometz hisce verbis allocutus est: *Faites mes affaires, & je feray les votres:* indicans se velle salarium certò solvere, verùm illum debere officio suo debitè fungi. (3.) Ut annuatim justas reddant rationes, siquidem nihil magis extenuat facultates Principis, quàm earum neglectus. *Klock. de arar. c. 128. Naurath. de ratioc.* (4.) Ut reliqua rationum statim Principi vel Domino extradantur, & in ministrorum manibus non relinquantur. *Reink. pol. bibl. lib. 2. ax. 79. Gryph. œcon. leg. lib. 2. c. 3. n. 140.* (5.) Ut in rationibus nulla debita passiva, Restanten/concedantur. *Myll. ab* Ehrenbach *Hyparchol. c. 1. §. 15. n. 31.* (6.) Ut omnes solutiones apochis vel antapochis probentur *vid. Job. Wilh.* Neumayer von Romßla *in tr.* von Schatzungen und Steuer *c. 7. p. 531. Marc. Anton. Peregr. de Jur. Fisc. lib. 6. c. 3. n. 2. vers. hi autem Berlich. part. 5. concl. 57. n. 63. & 64.* (7.) Ut juramentô rigorosô adstringantur *Spechan. cent. 2. class. 1. q. 1. n. 15. Sekkendorff. p. 1. c. 5. §. 8. n. 4.* Denique (8.) Ut sufficientem cautionem præstent. *Klock. de arar. c. 130. Bornit. de arar. lib. 7. c. 1. circa f.* Jam verò hac vice (cùm aliàs plurima adhuc ad materiam privati commodi pertinentia consultò omiserimus) vela nostræ disputationis propter angustiam temporis contrahemus, uberiorem ejusdem materiæ tractationem sub forma alicujus tractatus, si DEUS vitam & vires largiatur, in posterum in lucem edituri. Interim lectorem rogamus, ut id, quod sibi fieri velit, nobis faciat.

SOLI TRINUNI GLORIA.

